

INNOCENTIVS III. P. R.

IN

CAP. XIII. X. DE TESTAM. ET VLT. VOL.

IVRI CIVILI HAVD DEROGANS

SIVE

DE EFFECTV SINGVLARI

EXTREMAE VOLVNTATIS

IN ALTERIUS DISPOSITIONEM COMMISSAE

COMIMENTATIO

QVA

AD AVDIENDAM ORATIONEM

MVNERIS PROFESSORIS IVRIVM PVBLICI ORDINARII

A

SERENISSIMO PRINCIP E AC DOMINO

D O M I N O

CHRISTIANO FRIDERICO

CAROLO ALEXANDRO

MARGGRAVIO BRANDENBURGICO BORVSSIAE SILESIAEQVE  
DVCE REL. BVRGGRAVIO NORIMB. VTRIVSQ. PRINCIPATVS REL. REL.

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO

CLEMENTISSIME SIBI DEMANDATI

AVSPICANDI GRATIA

HABENDAM

D. VII. OCTOBR. cIo Ic cc LXXXIV.

OFFICIOSE INVITAT

CHRISTIANVS FRIDERICVS GLUCK

IVRIVM DOCTOR

E R L A N G A E

EX OFFICINA FRID. LAURENTII ELLRODT.

195.

## PROLEGOMENA.

Cogitanti mihi saepenumero, et memoria repetenti, quas vias inierint Romani Praefules, quibusque artibus, ne fraudibus dicam, usi fuerint ad stabilicendum amplificandumque, quod sibi vindicaverant, imperium, mirum omnino et singulare admodum videtur, quibus iidem praetextibus et hoc fibi sumferint, ut, cum multis de rebus, quae mere civiles sunt, cultumque religiosum nihil plane respiciunt, tum maxime de causis statuerent testamentariis. Quando nimurum Decretales, quas iussu Gregorii IX. P. R. compilavit RAYMUNDUS, evolvimus, exhibet nobis earum Liber tertius integrum *de testamentis et ultimis voluntatibus* titulum, in quo, cave credas, constitutiones Pontificum ibidem relatas ad ea tantum pertinere suprema hominum iudicia, quae *pro anima*, ut olim loqui amabant, et ad pias causas fiunt; minime, potestatem suam ad omnia omnino produxisse testamenta, eoque usque progressos esse Pontifices, ut tum de forma eadem ordinandi<sup>1)</sup>, tum de iuribus testamentorum<sup>2)</sup> varia sanctum carent,

1) Vide cap. 10. *X. de testamentis*, in quo stra non prouersus hospites. Sed cum in hac ALEXANDER III. contra iuris civilis sanctionem quæstione tractanda veteres Jcti Bononienses in diversas partes abierint, contraria apud Pontifices ex MARTINI Jcti suitoritate prævaluunt sententia. Vid. GE. LUD. BOEHMERI diss. de liberis fideicommissis onerarib. §. 17. 10. SCHOENE diss. de

2) Exemplum eius rei occurrit in cap. 16 et 18. *X. de testamentis*, in quibus filium fideicommissio universali gravatum et legitimam et quarum Trebellianicam deducere posse, statuant INNOCENTIUS III. et GREGORIUS IX. PP. Quam quidem doctrinam iuri civili manifeste adversari, sciunt omnes, in iurisprudentia no-



cirent, a iuris civilis ratione prorsus abhorrentia, int̄ omnes harum rerum haud imperitos satis constat. Nimis longum profecto et ab instituti mei ratione alienum foret, si ex litterarum monumentis affectata eruditio specie repetere hie vellem usurpatae huius potestatis origines; sufficiat, attigisse solum id, ex quo multis post Justinianum temporibus (epocham enim in re, quae successive est inducta, certam figere haut licet) testamentariae causae in tota ecclesia, sive Clericorum, sive laicorum fuerint, indicari ab Episcopis coeperunt<sup>3)</sup>, sensim quoque ita increvise Pontificalem auctoritatem, non tantum circa executionem testamentorum<sup>4)</sup>, sed insuper in varias super valore corundem controversias, ut etiam Decretales epistolas, a Justiniano iure alienas, conderent Pontifices. Verum enim vero quamquam ita se rem habere omnino arbitramur; tamen, quo facilius alii, historiae luce destituti, hoc in genere decipi se possi sunt, eo magis profecto cavendum nobis est ab hoc vito, ne scilicet Pontifices, si quae forsan in Decretalibus statuerint, iuri civili minus consentanea, idcirco statim ius civile evertisse existimemus. Probe etenim considerandum hoc est, decretales Pontificum Romanorum epistolas, quas Juris Canonici, quo hodie utimur, corpus complectitur, ad diversas personas, quae saepe iure quodam singulari usae sunt, atque varia ad loca directas esse, nec non de multifariis negotiis causisque latas, quae semper singulari-

bus

ANT. CONTIUS, qui in *Disputation, iuris civilis Lib. I. cap. 3. pag. 505.* (Hanoviae 1607. 12.), licet cap. Rayninus X. de testam. multum lucis ex historia adsperserit, multis tamen rationibus probare enatur, sententiam MARTINI, quam hoc capitulo confirmavit Pontifex, de duabus portionibus deducendis iuri civili esse consentaneam; sed vide, quid contra eum dixerit Celeb. CAR. FRID. WALCHIUS in eleganissimis ad ECKHARDI hermenevic, iuris notis p. 597. sqq.

(Manheim 1778.) Haupsius V. Abschnitt 3. pag. 62. sqq.

4) Existimat LUDOV. THOMASSINUS in opere suo incomparabili de veteri et nova Ecclesiae disciplina circa beneficia et beneficiarios Part. III. lib. I. c. 24. §. 1. potestatem illam ecclesiasticam, quae circa causas testamentarias fere exeruit, nixam in primis fuisse necessitate tuendae libertatis testamentorum adversus spoliatorum fraudes. Ea enim evaserant irruptiones et depraedationes scelerum hominum in defunctorum res, ut compulsi tandem fuerit Ecclesia tutandis defunctorum incumbere testamentis. En Concilio Tolosani canonem 9. qui hoc confirmat. Pracipius, ut nullus Laicorum aliquid surripere audeat de rebus, aut substantiis defunctorum, nisi quantum ipsi defuncti adhuc in idoneis testibus in vita sua ordinaverint.

3) Origines iurisdictionis ecclesiasticae in causis testamentariis egregie enuclearunt ANTR. LOISELIUS *livre d'Observations du droit Romain et Francois.* a Paris 1652. p. 126 - 128. GE. LUD. BOEHMERUS in *observationibus iuris canonici* (Götting. 1766.) *Observ.* IV. p. 107. sqq. et FRID. CHRISTOPH. JONATH. FISCHER im Versuch über die Geschichte der deutschen Erbsfolge I. Band

bus fabrixiae sunt circumstantis. Quae cum interdum neque ex decretali ipsa, neque ex integra Pontificis epistola haberi queant, ex temporum illorum historia ac litterarum monumentis hauriendae sunt. Cogitandum porro, pro diverso temporum statu diversam fuisse Ecclesiae disciplinam, nec ubique locorum candem, sed varios mores variis in locis obtinuisse. Ad quos cum saepe tantum in suis decretalibus respiciant Pontifices, fit, ut cum ius civile infregisse penitus imprudentioribus videantur, illi non nisi de consuetudine Ecclesiae contra innovationes aliorum stabilienda cogitent. Illustrē animadversionis huius exemplum praebet illa cui non nota? ALEXANDRI III. P. R. constitutio<sup>5)</sup>, qua eadem eum, rejectis iuris civilis ambagibus, novam testandi formam introduxisse, tantum non omnes asserunt iuris canonici interpretes. Enimvero quo eis minus accedere queamus, illorum temporum historia admonet. Cum enim testamenta, laicorum etiam, conscribi tunc temporis solerent instrumentis, per Notarios, non nisi Clericos, confessis, et in praesentia duorum testium<sup>6)</sup>; hique iidem Jus Justinianum non tam scrupulose amplius observarent, invaluerat inde universalis fere Ecclesiae consuetudo, ut nemo, sive laicus esset, sive Clericus, exinde teneretur more Justiniane testari, sed posset etiam coram solo sacerdote et duobus testibus suum condere iudicium<sup>7)</sup>. Velitrensis autem civitatis iudices, cum, libris Justinianis non ita dudum in Italia erutis, et magno applausu exceptis, rebus novis studebant, hominesque contra morem diutius receptionem adstringere conarentur, ut in condendis testamentis iuris civilis formam adhiberent, eaque hand observata testamenta rescinderent; ALEXANDER III., ad cuius aures innovatio ista perlata

A 2

fuerat,

5) Est haec scilicet cap. supra dictum 10. X. de testam. inscriptum Humbaldo Hostiensi Episcopo, Archipresbytero, et Canonici Vellitrensis, ut legendum censit GONZALEZ TELLERI in Commentar. in Decr. ad b. cap. Tom. III p. 440. Fuit enim iam a temporib. s'EUGENII III. P. R. per annum 1153. Vellitrensis Ecclesia cum Hostiensi unita, ut refert VUELLOV Tom. I. Italiae factae pag. 58.

6) Conferri hic omnino meritos LUDOV. THOMASSINUS de veteri et nova Ecclesiae disciplina P. III. Lib. I. cap. XXIV. ubi multa adducit sta-

tuta synodalia Episcoporum, quibus laicis prohibitum, ne testamento sua faciat nisi praesente sacerdote, manu laicali prorsus exclusa.

7) Immo ipsis a Conciliis quibusdam agnita haec consuetudo fuit, qua de re THOMASSINOS c. I. §. 2 exempli loco ad fert Concili eiusdem Cassellensis, in Hibernia anno 1172. iussi gis Angliae HENRICI II. habiti, (is qui primus Hiberniam Insulam suo subiecto imperio, ei- que Concilio cognitores suos interesse voluit,) canonem, quo sanctatur, ut aegrotantes testa- menitribus scribant coram Parochio et testibus,

fuerat, tanquam supremus consuetudinum per Ecclesiam vigentium arbiter atque protector, restitit Velitrensum ausibus nostro hoc capitulo, rescribens idcirco ad Ostiensem Episcopum et Velletrenses: *Cum esset frater Episcope in nostra praesentia constitutus, diligenti nobis narratione proposuisti, talem in tuo Episcopatu inoleuisse consuetudinem, quoad testamento, quae fuit in ultima voluntate, ut ab iis, qui potestatem habent super alios, penitus rescindantur, nisi cum subscriptione septem aut quinque testium fiant, secundum quod humanae leges decernunt.* *Quia vero a divina lege et Sanctorum Patrum statutis et a GENERALI CONVENTU DNB ECCLESIAE id esse noscitur alienum; cum scriptum sit: in ore duorum vel trium testium sit omne verbum, praescriptam consuetudinem penitus improbamus, et testamenta, quae Parochiani vestri coram Presbytero suo, et tribus vel duabus aliis personis idoneis in extrema voluntate de cetero fecerint, et firma decernimus PERMANERE, et robur perpetuae firmitatis obtinere: sub interminatione anathematis prohibentes, ne quis praesumptione qualibet huiusmodi audiat rescindere testamenta*<sup>8)</sup>. Ex isto itaque historico cap. 10. contextu clare eluet, quantopere hallucinentur illi Canonistae, qui, hoc historiae lumine destituti, ab ALEXANDRO III. sublatum esse ius civile, nova testandi forma introducta, sibi persuadeant aliisque. Cum dudum ante, et saltim post annum millesimum, Jure Justinianeo dormiente quasi et veluti sepulto, eadem haec testandi forma de consuetudine Ecclesiae fere universaliter obtinuerit, de qua tantum stabilienda hoc capitulo egit ALEXANDER III. Ex historia itaque, quae, si ullo in litterarum aut doctrinae genere, certe in iurisprudentia nostra canonica, iuxta TULLII effatum, *testis temporum et lux veritatis* dici potest, ex antiquitatibus etiam ecclesiasticis lux semper accendenda est Decretalibus nostris, ex iis eruendi sunt ritus, ex iis cognoscendae

8) Legas velim, ad hoc capitolum ALEXANDRI III. egregie quea adnotaveit laud. THOMASINUS c. I. §. IV. pag. 71. sq. Confer quoque elegantem GEORG. CHRISTOPH. NELLERI Diff. de testamento Clerici Trevirensis (Treviris 1761.) Parte II. §. XI-XIV, in ANT. SCHMIDT Thesauro iuris Eccles. Tom. VI. p. 435. Statuunt quidem vulgo, ALEXANDRUM III. dispossuisse duntaxat pro terris sibi temporaliter subiectis, sed negat hoc doctissimus NELLERUS c. D. §. XI. quia ALEXANDRO III. hanc consuetudinem

universalem attestanti in cap. 10. fides omnino habenda sit, cum sumserit exinde argumentum: *a generali Ecclesiae consuetudine id noscitur esse alienum, nempe quod quis testari debeat, secundum quod leges humanae decernunt.* Id tamen certum, in Germania hoc cap. non valere, ubi scilicet iuris civilis dispositio a MAXIMILIANO I. in Ordinat. Notar. an. 1512, quod formam et solemnia testatorum approbata est, exceptis quibusdam territoriis. eg. Moguntia, Thuringia et aliis.

scendae sunt consuetudines et indaganda instituta Ecclesiae antiqua, ad quae Decretales saepenumero se referunt, et lumen suum exspectant. Hoc est, si quid video, quod haud quoque cogitarunt ii, qui in *capitulo XIII. X. de testamentis INNOCENTIVM III.* ius civile correxisse, perperam crediderunt, in quo sc. Pontifex rescripsit, quod, qui extremam voluntatem in alterius dispositionem committit, non videatur decesse intestatus. Admirandum omnino est, quam frequens semper Interpretum Senatus fuerit ad hoc capitolum, et quam diversas in partes hic discedant tum Glossatores, tum ii, qui Pragmaticorum specie superbunt, tum elegantiores JCTI. In primis etiam CHRISTOPHORUS FRIDERICUS HARPPRECHT in Diff. de eo, qui extremam voluntatem in alterius dispositionem committit, sive ad *Innocentii III. P. R. cap. XIII. X. de testam. et ult. vol. Observat. Tubingae 1749.* tam docte et eleganter textum hunc explicuit, ut, an addi possit quidpiam, quo maior lux eidem affundatur, diu multumque dubitaverim. Enimvero, re penitus perpenfa reperi, ne ab hoc quidem Viro doctissimo omnes Pontificiae decisionis difficultates esse remotas, syrtesque superatas. Offendit virum, et quis est, quem non offenderit? quomodo testatus decesse dici queat is, qui extremam suam voluntatem in alterius dispositionem commiserit, cum is heredem ex testamento habeat neminem. Quo e lubrico vestigio ut se expediatur, ita quidem rem exponit, ut scilicet eatenus testatus videatur decesse clericus, (nam de iis tantum in hoc capitulo sermonem esse, patet infra,) ne ius spoliit ab Episcopo exerceri in hoc casu queat, licet alias revera ab intestato alio respectu, quod scilicet ex testamento heredem non habeat, mortuus fuerit, eo magis cum secundum ius civile dispositio talis indeterminata valere nequeat, cui nec Pontificem hac sua decisione derogare voluisse ipse credit; sed quis est, cui non obtusior sit acies, qui non intelligat, quod ne ipse quidem diffiteri potuit doctissimus HARPPRECHT, scilicet ex hoc conflari atque effici id, quod clericus talis pro parte testatus, pro parte intestatus eo ipso decesse videatur. An igitur hocce remigio evitaverit Charybdis, tantum abest, ut credam, ut potius Vir Doctus in scyllam incidisse mihi videatur. Ego vero sic mihi potius persuasi, sic sentio, *capitulum illud XIII. X. de testamentis* potissimum lucem suam capere ex more quodam antiquo, quem pro facultatibus supremisque suis voluntatibus conservandis in primis adoptaverant Canonicorum collegia, ut scilicet sibi constituerent

*Manufidelis*<sup>2)</sup>), qui relictae ipsorum post fata superstitis substantiae contra spoliaciones tum maxime usitatas et aduersus quorumeunque ausus vindices et custodes existerent, et non solum supra defunctorum, si quae ordinaverant, iudicia ad suum perducerent effectum, sed etiam, si absque propria rerum suarum dispositione supremum illos obiisse diem contigerit, ea aequa, quae ab Ecclesiis, quam quae aliunde profecta sunt, secundum statuta et consuetudines locorum fideliter dispensarent. Hi etenim, cum heredum locum quodammodo obirent, et defuncti personam sustinere dicerentur, quicquamadmodum haec omnia ex Antiquitatibus Ecclesiasticis atque monumentis medii aevi infra magis illuſtranda erunt, recte Pontifex negare poterat secundum temporum istorum disciplinam in primis inter Canonicos receptam, intestatum deceſſisse Clericum videri, qui hoc modo extremam voluntatem suam in alterius dispositionem et arbitrium commisſisset, ideoque in tali caſu nequaquam ſuo uti poſſe privilegio Episcopum, ad quem reſcriptit INNOCENTIUS, ſcilicet Altissiodorensis illum, cui datum fuerat, Clericorum ſuae Dioecesis ab intestato decedentium occupandi patrimonium. Quam igitur ob rem, eum, ut ex his intelligitur, quae modo ea de re praefatus ſum, haud adeo omnia a praecellentissimo HARPPRECHTO in Dissertatione laudata exposita ſint, atque exhaufia, quain, ſi non meſſis, faltem ſpicilegium aliquod interpreti relictum videatur, opera in nos haud luſuros eſſe putamus, ſi huius Capituli explicationem denuo ſuscipiamus. Placet autem, quoniam omnis diſputatio de eo futura eſt, utrum Pontifex in cap. XIII. X. de teſtamentis iuriſ civiliſ circa ultimas voluntates alterius diſpositioni et arbitrio relictas abrogatam eſſe voluerit doctriṇam, priu- quam ipsam Pontificiae ſententiam et rationes exponamus, definire, quid ſit id, quod ius civile ea de re fanciverit.

2) *De Manufidelibus, in ſpecie Ecclesiasticis* Moguntiae 1762. quea, prout meretur, curum ſuum Principum cum privatorem in interia eſt ANT. SCHMIDT *Theſauruſ Germania eleganțiſſimum Diſſertationem iuriſ Ecclesiatiſſimum German. Tom. VI. pag. ſcripuit Celeberr. FRANCIS. ANT. DÜRR 328-381.*

## SECTIO

\*\*\*\*\*  
S E C T I O I .  
QVATENVS, SI QVAE ALTERIVS DISPOSITIONI COMMITTITVR  
EXTREMA VOLVNTAS, VALEAT SECUNDVM IVS CIVILE,  
IN QVIRENS.

### §. I.

#### *Ius antiquius exponitur.*

Quodſi igitur, ea de re, de qua diſputamus, quid iuri civili videatur, quaerimus, primum quidem illud vero maxime ſimile videtur, omnem olim improbatam fuſſe ſupremam voluntatem, quam quis in alterius arbitrium ac diſpoſitionem contuliffet. Ampliſſimum huius rei teſtimoniū nobis praebet GAIUS<sup>1)</sup>, qui, *satis conſanter*, inquit, *veteres decreverunt, teſtamentorum iura ipſa per ſe firma eſſe oportere, non ex alieno arbitrio pendere*, et hinc concludit, illam iuſtitutionem, *quos Titius voluerit*, ideo vitiosam eſſe, quod *alieno arbitrio* ſit permitta. Hoc itaque decreviſſe dicit Veteres. Sed quinam ſint iidem Veteres, non fruſtra quaeritur? Sunt, et ii quidem bene multi<sup>2)</sup>, qui in eodem Senatusconsulto, quo captatoria institutiones improbatæ ſunt, id quod alii SCto Liboniano<sup>3)</sup> cautum eſſe volunt, alii<sup>4)</sup> rectius ea ad Senatusconsulta referunt, quae Legi Papiae Poppaeae acceſſerunt, etiam illud prohibitum fuſſe arbitrantur, ne quae omnino alterius arbitrio permitteretur ſuprema voluntas. Cum enim PAPINIANVS<sup>5)</sup> alibi dicat, captatoria institutiones illas improbaſſe Senatum, *quarum conditio conſertitur*.

1) L. 32. pr. D. de hered. iſtit.

2) Horum e numero ſunt ACCURSIUS in *Gloſſa ad L. 70. de hered. iſtit.* et L. 11. C. de reſtam. milit. et qui ſententiam eius deſelinqueret religione habuerunt JCRI veteres GAIUS lib. 2. Obſ. 117. COVARUVIAS A LEVVA ad cap. cum tibi. X. de teſtam. Tom. 1. Opp. p. 709. n. 2. MENOCHIUS Conf. 669. ALCIATUS lib. II. Parergor. c. 31. et alii, quos nominat CHRIST. THOMASII in Diſſ. de captatoriaiſſiſtutionibꝫ §. 6.

3) ACCURSIUS c. 1. cui et CHRIST. THOMASII

in cit. diff. §. 17. pag. 20. adſentitur, ſed refelliſt eos CONR. VAN BYNCERHOOCK in lib. de captatoriaiſſiſtutionibꝫ c. I. in Opuscul. Lugd. Bar. 1719. p. 304. Vid. et lo. IAC. MASCOY in Diſſ. ad ſtūm Libonianum §. 20.

4) FRANC. RAMOS DEL MANZANO ad legem Jul. et Pap. Popp. lib. IV. reliquar. 33. n. 25. in Tom. VI. Thesauri Meermanni. p. 303. et lo. GOTTL. HEINECCIUS in Comment. ad L. Jul. et Papp. Popp. lib. III. C. 4 p. 394.

5) L. 70. D. de hered. iſtit.

tur ad secretum alienae voluntatis, seeretur alienae voluntatis explicant de arbitrio alieno, de quo GAIUS loquitur. Ast perperam profecto. Nam, quae Senatusconsulto veritiae sunt, institutiones captatoriae neutquam alienum in arbitrium, sed eam semper in conditionem conferuntur, si, qui heres institutus est, eadem quoque ex parte testatorem vel tertium heredem institueret, in qua illum testator heredem scripsit, veluti: *Qua ex parte me Titius heredem scriptum in tabulis suis recitaverit, ex ea parte heres esto, aut sic: Titius, si Maevium tabulis testamenti sui heredem a se scriptum ostenderit, probaveritque, heres esto, quibus exemplis utuntur IULIANVS<sup>6)</sup> atque PAVLVS<sup>7)</sup>.* Quia igitur talis conditio institutionis captatoriae tentat quasi et ambit alienum testamentum, coque consilio fit, ut, quemadmodum CORN. VAN BYNCKERSHOECK<sup>8)</sup> egregie rem exprimit, mutua alterius institutio extorqueatur, satis opportune dixit PAPINIANVS, conditionem hamataim quasi conferri ad secretum alienae voluntatis, hoc est, ad futurum alterius, nimirum eius, qui captatur, testamentum veluti inescandum, sicut haec verba eleganter interpretati sunt Viri Summi FRANCISCVS BALDVINVS<sup>9)</sup> et EV. OTTO<sup>10)</sup>. Quod vero PAPINIANVS secretum alienae voluntatis vocet alterius, qui captatur, testamentum, facit summa veterum Romanorum in occultandis supremis hominum elogiis religio, ob quam viventis testamentum aperire, recitare et resignare, citra poenam legis Corneliae de falsis non licebat<sup>11)</sup>, ut proinde maxime solemne fuerit veteribus, testamenta vocare *secretia iudicia*<sup>12)</sup>, aut *secretia iudiciorum*<sup>13)</sup>, aut etiam *secretia voluntatis*<sup>14)</sup>, quem morem loquendi hic etiam PAPINIANVS sequitur. Sed quid est, quod diutius immorer refutandae Glossatorum sententiae, quae dudum iam explosa est a Summis Viris IO. CORASIO<sup>15)</sup>, IAC. CVIACIO<sup>16)</sup>, HYGONE DONELLO<sup>17)</sup>, PETRO D'VIRSEMA<sup>18)</sup>, CHRIST. THOMASIO<sup>19)</sup>, et CAR.

FRID.

6) L. 1. D. de his, quae pro non script.

7) L. 71. pr. D. de hered. instit. Adde HARMENOPOLUM Προχειρή lib. V. tit. 8. n. 4.

8) Cir. Opusc. cap. IV.

9) Disputat. I. ex Papiniano pag. 319. (edit. Gundling. Halae 1730. 8.)

10) in Papiniano cap. V. pag. 84.

11) L. 1. §. 5. D. ad L. Cornel. de falsis. L. 38. §. 7. D. de poenis. SUETONIUS in Augusto c. 17. vid. THOMASII cir. Diff. §. 19. et CLAUD. SALMASIUS de subscrīb. et signānd. testamento.

12) L. 1. §. 38. D. depositi.

13) L. 41. D. ad L. Aquil.

14) L. 3. C. de Codicillis.

15) Miscellan. iuriū civ lib. V. c. 13.

16) ad lib. VI. responsor. Papiniani in L. 70. cit.

17) Commentar. iur. civ. lib. VI. c. 19.

18) Coniectur. iur. civ. lib. II. c. 7. p. 243.

19) Diff. de captatoriis institutionibus. §. VI. pag. 5.

FRID. WALCHIO<sup>20)</sup>). Quum igitur, quod GAIUS Veterum decreto adscribit, ius nullo ex Senatusconsulto sit, nullus equidem dubito, accedere CHRISTIANO THOMASIO<sup>21)</sup>, qui ex constante ICtorum interpretatione invaluisse putat, ne quod valeret supremum iudicium, alienum in arbitrium collatum. Igitur hi sunt isti Veteres, de quibus GAIUS loquitur, nimirum Iureconsulti Romani, quorum cum esset, leges iuraque interpretari, multa eorum ingenios constituta sunt iuris capita, quae singularem faciunt veteris iurisprudentiae Romanae fontem, *iuris civilis natura* ἔξοχη sic dicti<sup>22)</sup> nominis celebrem. Isti itaque ICti veteres, quibus, THEOPHILO teste<sup>23)</sup>, concessum erat, ut publice iura constituerent, vel interpretarentur, quique proinde iuris auctores<sup>24)</sup>, immo νομοθέται<sup>25)</sup> appellantur, cum alia multa, tum etiam illud decreverunt, ut testamentorum iura ipsa per se firma esse debeant, non ex alieno arbitrio pendere. Non satis autem habuit GAIUS, de veteribus dicere, eos hoc decrevisse, sed voculam: *constanter* adiicit; ut significaret, in eo omnes ICtos antiquiores consenserent, neque hac in re, uti in aliis diffidium fuisse inter diversas corundem Sectas, Proculianos nimirum et Sabinianos; et quamvis hoc Veterum effatum eo tantum consilio hic protulisse videatur JCTus, ut ex eo ostenderet, illam institutionem, quos Titius voluerit, idcirco haud valere posse, quod alieno sit arbitrio permitta; nequaquam tamen credendum est, hoc Veterum decretri eiusmodi heredis institutiones solum respexisse, sicuti ex eo intelligitur, quod de testamentorum iuribus hic generatim fiat mentio, ad quae referenda quoque legata esse, nemo est, qui dubitet. Hinc admodum omnino probabile videtur, quod idem et celeberrimo WALCHIO<sup>26)</sup> iam placuit, scilicet Veteres iuris auctores omnia olim supra hominum iudicia, sive heredis institutio ipsa, sive legata tantum hoc modo ordinata fuerint, vitiosa habuisse nullaque, quae alienum

in

20) In Diff. de legato heredis in arbitrium collato. Jenae 1761. §. VII.

21) Laudata Diff. §. VI. pag. 6.

22) BRUNQUELL Histor. iuriū P. I. cap. 4. §. 7. CAR. ANT. KEUFFELI Historia auctoritatis Prudenterum. Sect. IV.

23) Paraphr. ad §. 8. L. de iur. nat. gent.

24) L. 39. D. de act. emri et vend. in qua

lege id silentio omittere haud debemus, Juris auctores hic quoque Veterum appellari nomine. Adde L. 17. D. de iure patronat. et GELLIVM lib. II. cap. 10.

25) SCHOLIASTES Basilicov. ad lib. 60. tit. 3. vid. PÜTTMANN. Probabil. iur. civ. lib. sing. p. 169. et GEORG. D' ARNAUD. var. conjectur. lib. II. c. 14. p. 310.

26) Cir. diff. §. 8.

B

in arbitrium testator contulisset. Quod ut eo evidentius appareat, age iam inquiramus, quibus ex rationibus hoc ita Veteres decreverint.

§. 2.

*Juris veteris rationes enucleantur.*

Varia autem ac diversa argumenta ipsis antiquior testamentorum legatorumque ratio suggerebat. Cum enim ea fuerit olim testamentorum indoles, ut non solum pro lege haberentur, quam violare nefas erat, sed etiam legis modo considerentur verbis nimirum imperativis<sup>27)</sup>: *heres esto: Tittum heredem esse inbeo: liber esto; sumito; habeto; praecipito; heres meus damnae esto dare*<sup>28)</sup>; haud conveniens profecto legislatoris voci videbatur, voluntatem suam alterius arbitrio committere. Immo si, VLPIANO teste<sup>29)</sup>, illa *institutio: heredem instituo: heredem facio: plerisque improbata fuit*, propterea quod non civilibus verbis, sed minus receptis sit expressa; profecto multo minus probare poterant heredis institutionem arbitrio alieno subiectam. Huic accessit, quod testamentum olim praecipue propter intervenientem mancipacionis ritum pro actu haberetur legitimo<sup>30)</sup>; Cum vero ea esset legitimorum actuum natura, ut procuratorem haud admitterent, sed in propria persona essent explicandi; nihil tam naturale videbatur, quam quod nec per alium testandi quisquam facultatem habere, neque extremae voluntatis suae ordinationem alieno arbitrio relinquere possit; eo magis, quod dubia hoc modo

et

27) Primi quoque temporibus ad instar legum in calatis comitiis testamenta condebantur. *J. de testam. ordinand.*

28) ULPIANVS in Fragmentis Tit. 21. et tit. 24. penes SCHVLTING. in iurisprud. vet. antequatin. p. 633. et 650 sqq. Hinc testatores dicuntur *legem ferre, non datur*. Ita non tantum loquitur CHRYSOSTOMVS ad Acta Apostolor. Serm. I. p. 615. sed et JUSTRINIANVS Nov. XXII. c. 2. et quando legе decemvirali POMPONIO teste L. 120. D. de V. S. cautus est; *Patrem familias uici legasse suae rei, ita ius esto;* Verbum LEGARE hic non accipere debemus in sensu vulgari, ut significet tantum legata relinquere, sed LEGARE in hac lege potius denotat per modum legis disponere, et veluti legem dicere rebus suis. IAC. GOTHO-

TREDVS ad LL. XII. Tab. Proinde VLPIANVS Fragmentis Tit. 24. legatum describit, quod *legis modo, i.e. imperative, testamento relinquitur.* Vide TRECKEL. Tract. de origine atque progressu testamentis facti, praesertim apud Rom. cap III. §. 4. p. 60. HEINECCIVS Syntagma. Antiquit. Rom. lib. I. Tit. 13. §. 2. lib. II. Tit. 20. §. 1.

29) In Fragmentis Tit. 21. Ratio, ut ANT. SCHVLTING. c. 1. p. 633. ad hunc VLPIANI locum adnotat, ob quam haec formulae improbabae fuerint, videtur fuisse, quia hic testator refert, narrat, et indicat, nec verba haec habent vim imperandi.

30) TRECKEL laud. Tractat. Cap. III. §. 32. et 55. in primis PET. FABER. semelestrum lib. II. c. 23. p. 344. (Genev. 1660.)

et incerta fieret testantis voluntas, cuius, ut VLPIANVS<sup>31)</sup> loquitur, certam esse debat consilium. His quidem ex rationibus etiam, MODESTINO<sup>32)</sup> teste, testamentum non sine significatione quadam atque ἐπεγένεται nominabant voluntatis nostrae iustam sententiam de eo, quod quis post mortem suam fieri velit, et recte inde subsumebant, voluntatem eam dici nostram non posse, cuius determinatio ab alio dependeat, et alienum in arbitrium sit collata. Potius illud esse proprio testamentum, quod, ut IMP. THEODOSIVS et VALENTINIANVS dicunt<sup>33)</sup>, testantis meram voluntatem obtinet. Sed quod in specie legata, heredis vel alterius in arbitrium collata, attinet, omnino suppetebant rationes, ab quas ea quoque, et quidem omni quondam discrimine remoto, vetita existimauerint Veteres atque prohibita. Idem nimirum GAIUS, qui decretum illud JCtorum veterum memoriae nobis tradidit, in cuius rationibus enucleandis hic versamur, alio loco<sup>34)</sup>, quem Compilatores Digestorum ex eodem quoque lib. I. de testamentis ad Edictum Praetoris exciperunt, ex quo desumita est L. 32. ut proinde etiam utraque Lex coniungenda videatur EMUND MERILLIV<sup>35)</sup>, idem GAIUS, inquam, alibi scripsit: *omnia, quae ex ipso testamento oriuntur, necesse est secundum scripti iuris rationem expediti.* Ita vero scripti iuris ratio<sup>36)</sup> etiam pro-

B 2.

fus

31) In Fragmentis tit. 22. §. 7. penes SCHVLTING. p. 634.

32) L. 1. D. de hered. instit. TRECKEL. cit. Tractat. Cap. II. §. 1. DIDAC. COVARVVIAS & LEYVA in tit. Decretal. de testamentis interpretat. ad rubricam in Opp. T. I. pag. 1. sqq.

33) Nov. de testamentis, quae est in Collectio-ne Novellarum Conficitur. IMP. JUSTINIANO anteriorum, - quam RITTERVS Cod. Theodos. Iacob. Gorbofredi adiecit lib. I. Tit. 9.

34) L. 16. D. de condit. et demonstrat.

35) Observatio. lib. IV. cap. 15.

36) Sunt, iisque celebres omnino, Batavi quidam JCti, qui *iuris scriptum* in dicta L. 16 pro testamento exponendum esse arbitrentur. Sunt, inquam, IO. CANNEGIETERVS ad difficultiora iuris capita c. 1. SCHRODERVS Observat. iuris lib. II. c. 13. et HENR. IO. ARNTZENIVS in Mifcellaneor. libro cap. 13. p. 137. Enimvero, quoniam his ego viris accedere queam, est, quod CAIUS in d. i. scripti iuris rationem, opponat interpretationem ex aequo et bono. Dicit nimirum CAIUS:

In his, quae extra testamentum incurruerent, posse sunt res ex aequo et bono interpretationem capere.

(Huc spectant e. gr. quæstiones facti, quæ circa conditiones obveniunt; veluti cum queritur, an impleta sit conditio; nec ne, benigne sit interpretatio. L. 10. D. eod. cuius exemplum præbet

L. 15. eod. quæ forsitan occasionem dedit Compilatoribus, effatum CAII hoc loco inservendi; vel cum queratur, quomodo conditio impleri debet, L. 13. D. de ann. legat. Vide MERILLIV c. l.)

Ea vero, pergit JCrus, quae ex ipso testamento oriuntur, (i. e. quae in ipso testamento disposita, ordinata et expressa sunt, ex eoque firmatatem suam accipiunt) necesse est, secundum scripti iuris rationem expediti.

(i. e. explicari ac diuideiri, vid. BRISSON. de V. S. voce expedit. n. 4. Nam, ut PAPINIANVS alt. L. 15. D. ad municip. in fin. Facti quidem quæstio fin. in potestate indicantium, iuris autem auctoritas non sit. Ex quo patet, scripti iuris rationem Gajo nihil aliud esse, quam quod PAPINIANVS in L. 17. D. de iniust. rupro irrita test. subtilitatem iuris dic-

cit.

fus non admittere videbatur veteribus his JCtis, quod quis vel legata alieno arbitrio in testamento suo relinquere. Legata etenim certis formulis olim relinquenda erant, a quibus recedere testatori fas non fuit. Hinc est, quod legata inter negotia stricti iuris olim numerarentur<sup>37)</sup>. Quodsi vero omnium quatuor legatorum generum formulas, sive per vindicationem, sive per damnationem, sive per praeceptionem, sive per finendi modum essent relata, consideramus, quemadmodum eas VLPIANVS<sup>38)</sup> nobis exhibet, et BARN. BRISSONIVS<sup>39)</sup>, EMVND. MERILLIVS<sup>40)</sup>, ANTON. SCHVLTINGIVS<sup>41)</sup>, aliique illustrant, ad eiusmodi legata nullam quadrare invenimus, adeo ut vel hoc solum satis argumenti videri potuerit JCtis, qui pristino hinc aevo Romae floruerant, ex quo concludere potuissent, haud licere testatori, legatum alienum in arbitrium conferre. His ego ex rationibus persuasum mihi habeo, regulam illam, quam adducit MODESTINVS<sup>42)</sup>, scilicet *quod in alienam voluntatem conferrit legatum non possit*, olim definitionem generalem fuisse, licet MODESTINVS eandem sua aetate restrinxerit ad legata in meram alterius voluntatem collata, ut ex exemplo, quod proponit, intelligitur.

### §. 3.

#### *Juris civilis recentioris doctrina.*

##### I) *Si heredis institutio in alterius arbitrium collata est.*

Exposita sic Veterum doctrina, proximum est, ut dispiciamus, anne forsan, quos sequens vidit aetas, JCti Romani ab ista sententia recesserint. Et hic duplex omnino inspectio videtur discernenda, prout vel ipsa heredis institutio, vel solum legata,

et cui ibidem opponit id, quod *ex aequo et bono sustinetur*; aut quod VLEIANVS L. 29. ff. mandati Apices iuris vocat; et alias summum strictumque ius, ius subtile, rigor iuris &c. soler appellari. L. 24. §. 9 D. de fid. lib. cum quippe a verbis ac legis scriptae praeceptis interpretis animus ne transversum quidem unguem discedit, omni quamvis refragante aequitatis ratione. Hinc intelligitur, quam ob rem ius scriptum contra aequitatem nominetur. Caccro etiam in Or. pro Cecinna verba et litteras cum summius componit: *Si contra verbis et litteris ac, ut dicit soler, summo iure contenditur; et eodem loco scriptum opponit aequitati, quando dicit: ab verbis et a scripto plurimis in rebus aequi bo-*

*nique rationem esse sciuntam.* Vide CORASII Mifcellan. iur. civ. lib. II. c. 18.

37) L. 6. D. de in lir. iur. L. 5 D. de eo quod cero loco §. 3. Instit. de legat. BOEHMER de actionibus. See. I. c. 3. §. 35. et CARRACH in Annotat. ad Boehmerum b. l. p. 35.

38) Fragment. tit. 24. §. 2. sqq.

39) de Formul. lib. VII. cap. 67. pag. 596. (edit. Bachii.)

40) Observat. iuris civ. lib. VI. c. 32. p. 227. (edit. Neapol. 1720.)

41) Iurisprud. vet. Antejustin. p. 649. sqq. (edit. Ayer. Lipsiae 1737.)

42) L. 52. D. de condit. et demonstrat.

legatum in alterius arbitrium collatum sit a testatore. Priori in casu constans permansit Veterum sententia, id quod ex ipso hoc GAIJ loco luculentissime appetit, ubi hic JCtus, qui sub Hadriano, Pio et Marco vixit<sup>43)</sup>, sua adhuc aetate, vi supra expositi Veterum decreti, illam institutionem, *quos Titius voluerit*, ideo virtuosam habet, quod alieno sit arbitrio permitta. Et idem confirmat POMPONIVS<sup>44)</sup> lib. 7. ad Q. Mucium haec adnotans: *Si quis ita scriperit: si Titius voluerit, Sempronius heres esto; non valet institutio.* Nam heredis institutio est caput, atque fundamentum totius testamenti, qua infirmata, nihil valet, quod in testamento scriptum est<sup>45)</sup>. Ea igitur ut certa sit, neque incerto alterius arbitrio exponatur, Romanis eo magis visum fuit necessarium, ne fraudibus ac calumniis daretur locus, neve in extranei potestate esset, irritum facere pro suo arbitrio defuncti testamentum; cum quippe publice expediat, ut PAVLVS<sup>46)</sup> ait, suprema hominum iudicia exitum habere. Non quidem ignoramus, postea prudenter fuisse introductum, ut in heredibus instituendis prisa verborum solemnitas haud amplius esset necessaria. Sanxit omnino IMP. CONSTANTINVS, aut quisquis alius fit L. 15. Cod. de testament. <sup>47)</sup> auctor, ut tabulae testamentorum, quibuscunque verbis, sive imperativis et directis, sive inflexis verbis, conceptae, essent ratae. Sed inde non est inferendum, heredis institutionem alieno iam arbitrio permetti potuisse. Cum enim JUSTINIANVS<sup>48)</sup> adhuc expressis verbis caverit,

### B 3

in testamentis tantum parentum inter liberos sustulisse, quod docet L. 1. Cod. Theod. de fam. eccl. V. §. 14.

44) L. 68. D. de hered. institut.

45) L. 1. in fine D. de vulgaris et pupill. substitut.

46) L. 5. D. Testam. quemadm. operiantur.

47) Inscrifbitur quidem dicta L. 15. CON-

STANTINO, et Author quoque *vita Constantini IV.* c. 26. similem legem CONSTANTINO M. tribuit; nihil tamen secus IAC. GOTHOFREDVS in commentar. ad L. 1. Cod. Theodos. de omissa action. imperat. Tom. I pag. 109 (edit Ritter.) et in comment. ad L. 1. Cod. Theodos. de testam. et codicill. Tom. I pag. 376. b. negat, hanc Legem Constantini M. esse, potius, ut vel ex COSS. subclipsis apparat, et ex L. 21. Cod. de legatis, illi jungenda, eam esse CONSTANTII existimat. Id quidem certum est, CONSTANTINVM verborum seu formularum solemnitatem

48) L. 29. C. de testam.

ut a testatore nomen heredis esset scribendum, vel nuncupandum, facile est ad intelligendum, eum iuris antiqui regulam confirmasse<sup>49)</sup>.

§. 4.

*Quibus in casibus valeat heredis institutio alieno arbitrio permissa.*

Enimvero, quamvis firmo falso steterit haec veterum JCTorum sententia; quod vitiosa sit, alieno quae arbitrio permitta est, heredis institutio, tamen iuxta ipsam Veterum mentem magis adhuc limitanda haec regula videtur. Quod qua fieri possit ratione, ipsa exempla docent, quae GAIUS et POMPONIUS in locis adductis in medium adferunt. Ex his etenim clare patet, eam solum heredis institutionem nullam esse et inutilem, quae in directam, meram, et absolutam alterius confertur voluntatem, adeo ut in sola tertii voluntate sit repositum; vel quos ille post mortem testatoris hereditate eius potiri velit, vel utrum is velit hereditatem pervenire ad eum, quem testator heredem instituit. Quam igitur ob rem pri-  
mum hand inutilem habuerunt JCTi institutionem eam, quae non in expressam et meram voluntatem alterius, sed obliquam quasi et implicitam est collata, hoc est talem, quae cum facto est coniuncta, quod alter suscepiturus est, in sola eius potestate posito, a quo, tanquam a conditione, heredis institutionis pendeat eventus. Elegantem huius generis speciem idem POMPONIUS tractat in loco §pho praecedente in medium prolatu<sup>50)</sup>: Scilicet si quis Sempronium, inquit heredem instituerit sub hac conditione, si Titius in Capitolium ascenderit: quanvis non alias heres esse possit Sempronius, nisi Titius ascendisset in Capitolium, et hoc ipsum in potestate sit repositum Titii; quia tamen scriptura non est expressa voluntas Titii, erit utilis ea institutio. Quaestio itaque, quam POMPONIUS hic discussit, summa eredit, utrum valeat heredis institutio, quam testator hac a conditione pendere voluit, si tertius, qui non est heres, factum aliquod suscepitur, in sola eius potestate possumus? Exemplum petit a facto tum maxime communis omnium, et quotidie obvio, scilicet si tertius ille in Capitolium ascenderit. Frequenter enim Roma-

49) Conferri hic merentur GEORG. STEPH. WIESANDIUS in Opusculis p. 92. et PETR. FRANC. LINGLOIS in Quinquaginta Decisionibus Imp. Iu-

stiniani (Antwerp. 1622. fol.) Decis. 34. quae est 2. pag. 326. sq.  
50) L. 68. D. de heredib. instit.

Romani, vota exsolutari, una cum Pontifice, in montem Capitolinum ascendebant. Sic HORATIUS<sup>51)</sup> canit:

— — — — dum Capitolum  
Scander cum tacita virgine Pontifex.

Verum etiam litterarum ingenuarumque artium caussa Capitolium quam quod maxime tum frequentabatur. Nam in Capitolio Romano fuit olim Bibliotheca communis teste EUSEBIO<sup>52)</sup>, atque OROSIO<sup>53)</sup>, et in ipso olim Appollinis Capitolini templo factae recitationes Poëmatum; huc quoque alludit HORATIUS<sup>54)</sup>:

— — — — ; Haec ego ludo,  
Quae nec in Aede sonore certania, indice Tarpa.  
et IDEM alio loco<sup>55)</sup>:

— — — — aspice primum,  
Quanto eum fastu, quanto molimine circum.  
Spectemus vacuam Romanis variis Aedem.

TERTULLIANVS<sup>56)</sup> Capitolium omnium Deorum templum fuisse afferit; *Capitolium*, inquit, *omnium daemonum templum est, in eoque iura civilia et artes liberales docebantur*<sup>57)</sup>. Ludos etiam Capitolini ibidem habitos fuisse, testantur VETERES<sup>58)</sup>; hinc non facile locus fuit Romae, qui tanto hominum concursu quotidie celebraretur, quam Capitolium; nec facile quisquam deprehendebatur, qui non in illud ascenderet. Haec sine dubio causa est, quare JCTi Romani, cum speciem ultimae voluntatis proponere volunt, a facto hominis saepe obvio pendens, exemplum plerumque ab ascensione Capitolii sumere soleant<sup>59)</sup>. Quaerebatur igitur, ut in viam quasi e diverticulo redeamus, quaerebatur inquit, utrum valeat, si quis Sempronium heredem instituerit sub hac conditione: *Si Titius in Capitolium ascenderit?* Dubitari omnino poterat. Quid etenim interesse videtur, utrum testator scripserit,

51) Lib. III. Carm. 30. v. 8. 9. Vid. IVST. RYCQVIUS de Capitolio Rom. Ev. OTTO in Comm. ad Institut. §. IV. I. de verb. obligat. p. 416. (ed. Harppreche.) IAC. GOTHOFREDVS in Comm. ad L. 3. Cod. Theodos. de studiis liberal. urbis Rom. Tom. V. p. 229.

52) In Chronico, in Commodo An. 189.

53) Lib. VII. cap. 16.

54) Sermon. I. Satyr. 10. v. 38.

55) Lib. II. Epist. 2. v. 92 - 94.

56) De spectaculis, vid. PANZIROLLVS in Notitiam dignitatum iuriusque Imperii Sect. II. p. 171.

57) L. ult. Cod. Theod. de studiis liberal. urb. Rom. NARDINVS in Roma vet. Tom. IV. Thes. Graeviani pag. 1222. et BORRICHIVS in antiqua urbis Romae facie. Ibid. pag. 1550.

58) Livius I. V. c. 50. STATIVS SYLV. lib. III. Act. V. v. 31. lib. V. Act. III. v. 231. IAC. GYTHERICVS de vet. iure pontificis lib. III. c. 18.

59) Exempla praebent L. 6. L. 59. §. 5. L. 67. D. de hered. instit. L. 7. 11. 29. et 52. D. de condit. et demonstrat. L. 108. D. de legar. I. L. 17. D. de manum. testam. §. 4. I. de Verb. Oblig.

*si Titius in Capitolium ascenderit, an, si Titius voluerit?* Nonne enim in Titii potestate positum est, utrum ascendere capitolium velit nec ne? et nonne itaque sic eius ab arbitrio dependet, utrum ascendendo in Capitolum, velit Sempronium heredem efficere, an hoc omittendo eundem excludere? Atquin tradiderunt veteres, *ne testamentorum iura alieno ex arbitrio pendeant*, ergo prima facie maxime convenientis videri potest, institutionem heredis sub conditione, *si Tertius in Capitolium ascenderit*, non magis valere posse, quam si conditio illa adscripta fuisset, *si Tertius voluerit*. Sed nihilo tamen minus in alia omnia discedit JCtus. Haud inutili esse talem heredis institutionem putat, quae facta est sub conditione: *si Titius in Capitolium ascenderit*. Quam eandem sententiam quoque amplectitur MODESTINVS<sup>60</sup>) in ea specie, cum alicui ita legetur: *Titio decem do lego, si Maevius Capitolium ascenderit*, quod utile legatum arbitratur, *quamvis in arbitrio Maevii sit, an Capitolium ascendat, et velit efficere, ut Titio legatum debeatur*; non tamen poterit, statim MODESTINVS subiicit, aliis verbis utiliter legari, *si Maevius voluerit, Titio decem do*. Et recte omnino. Suppetunt enim diversitatis rationes inter utramque hanc conditionem, quas subtili animo, sed more veterum JCtorum paucissimis verbis, hic complexus est POMPONIVS, inquiens, *quamvis non alias heres esse possit Sempronius, nisi Titius ascendisset in Capitulum, et hoc ipsum in potestate sit depositum Titii; quia tamen scriptura non est expressa voluntas Titii, erit utilis ea institutio*. Quodsi igitur ex his JCti verbis iusto brevioribus differentiae rationem, quae utramque intercedit conditionem, plenius excutere et enucleare volumus, videmus illam in eo poni, quod conditio: *Si Titius in Capitulum ascenderit*, non in expressam et meram eius voluntatem conferat heredis ius, acquirendi hereditatem, sed in eam, quae cum facto est coniuncta, quod alter suscepturus est; cum e contrario conditio: *si Titius voluerit*, faciat, ut hereditatis acquisitio a mera alterius voluntate pendeat. Quamvis vero heredis institutio sub conditione, *si Titius Capitulum ascenderit*, tacite etiam in tertii arbitrium collocata videatur, quia factum ascensionis; a quo effectum eius pendere voluit testator, in potestate Titii sit depositum; sufficit tamen, quod scriptura non sit expressa voluntas Titii, quod sit in altera specie, *si Titius voluerit, Sempronius heres esto*. Sed obiicis, eandem esse expressi ac taciti vim. Verissime omnino, sed multas huius regulae dari exceptiones, egregie, ut nemo hastenus, ostendit

Ios.

60) L. 52; D. de condit. et demonstrat.

JOS. AVERANIVS<sup>61</sup>). Eandem vero regulam praecipue in ultimis voluntatibus fallere, uterque POMPONIVS et MODESTINVS non solum affirmant, sed et iisdem hisce formulis tanquam illustrioribus exemplis corroborant. *Quaedam*, inquit POMPONIVS, in testamentis si exprimantur, effectum nullum habent: quando, si verbis tegantur, eandem significacionem habeant, quam haberent expressa: et momentum aliquod habebunt. Et MODESTINVS idem exprimit his verbis: *Nonnumquam contingit, ut quaedam nominatim expressa officiant, quamvis omessa tacite intelligi potuissent, nec essent obsoluta, hancque regulam illustrat exemplo legati, sub conditione, si Maevius voluerit, et si Maevius Capitulum ascenderit, alicui adscripti, et utriusque diversitatem ostendit*. Exinde regulam deducit JOSEPHVS AVERANIVS<sup>62</sup>): Si diversa inter se ac dissimillima contineant expessum ac tacitum, non possunt eandem vim atque effectum habere; simulque utriusque conditionis *si voluerit*, et *si in Capitulum ascenderit*, differentias iuxta MODESTINI mentem hac occasione egregie exponit. Illa, inquit, continet meram voluntatem: *haec factum ascendendi in Capitulum: illa impletur statim ac Maevius voluerit, haec etiam si maxime voluerit, tamen impleta non est, nisi Maevius ascenderit in Capitulum*. Illud legatum pendet a voluntate Maevii, hoc a facto ascendendi. Propterea hoc valet, illud est inutile. Addo, quod ne quidem semper ipsum ascensionis factum in sola voluntate tertii positum esse videatur; quid enim, si vel religio vel muneric ratio vel alia causa istam flagitaret ascensionem? Inimo quoque, ne ascendat, multa in causa esse possunt; potest morbo impediri; distineri negotiis, vel, dum piget illum ascendere, et procrastinat, mori, quale exemplum adfert PAPINIANVS<sup>63</sup>). Tandem et illud utramque conditionem luculenter a se invicem distinguit, quod conditio, . si voluerit, non nisi a tertio sciente et volente impleri possit; cum e contrario conditio ascendendi in Capitulum solo facto, etiam ab eo, qui ignoravit conditionem, impleri possit, siquidem talis conditio in casum collata censeatur, ut repte animadvertisit GONZALEZ TELLEZ<sup>64</sup>). Valet itaque heredis institutio, quae non expresse sed oblique tantum atque tacite in arbitrium alterius, veluti conditio, collata est, cuius evenitus a facto pendet, quod alter ille suscepturus est, et conditio talis solum efficit,

61) Interpret. iuris. Tom. I. lib. III. cap. 30.  
n. 4: pag. 509. sqq.

62) Cfr. loco. n. 9. p. 511.

63) L. ult. ff. de condit. institut.

64) In Commentar. in singulos textus V. libror. Decretal. Tom. III. lib. III. tit. 26. ad cap. XIIIE. X. de testam. n. 4. pag. 449. (edit. Lugd. Bat. 1715. f.)

ut si tertius factum hand suscepere, atque, antequam e. gr. Capitolium ascendat, deceperit, heredis institutio corruat; ubi autem factum illad suscepere, ita valeat heredis institutio, tanquam si conditio nulla adscripta fuisset<sup>65</sup>). Sed scrupulum hic nobis iniicit JCtus VLPIANVS<sup>66</sup>). Is scilicet de legato differens, de eoque idem statuens, quod nos modo de heredis institutione diximus, scilicet, quod in arbitrium alterius conferri legatum, *veluti conditio*, hoc est, tacite possit; statim subiicit, *quid enim interest, si Titius in Capitolium ascenderit, mihi legetur, an, si voluerit?* haec prorsus repugnare videntur eis, quae de utriusque huius conditionis diversa indole ex POMPONIO et MODESTINO modo exposuimus. Quid igitur, pugnam VLPIANVM inter atque hosce Jurisconsultos statuemus manifestam? Statuant alii, ego certe, quo id fiat minus, omnibus intercedo lateribus. Haud immorabor quidem Glossatorum ineptis; neque refugium in eo quaeram, quod nondum adhuc constet, quaenam genuina huius legis verba sint, vulgatam enim lectionem tuetur Codicis Florentini auctoritas, eandem quoque confirmat PETRVS ab AREA BAVDOZA in editione sua Pandectarum *Lugd.* 1593. eandem denique probant ANT. AVGUSTINVS<sup>67</sup>), JO. ROBERTVS<sup>68</sup>), et SIEGM. REICH. JAVCHVS<sup>69</sup>); hinc frustra animum sollicitabit, quod alios legere, *veluti conditio non potest*, HALOANDER in margine Pandectarum suarum adnotaverit. Elegantius scrupulum evellunt GONZALEZ TELLEZ<sup>70</sup>), JOS. AVERANIVS<sup>71</sup>) et JO. VOETIVS<sup>72</sup>); qui dictam L. I. ita interpretantur; VLPIANVM scilicet illo loco docere voluisse, legatum in alterius arbitrium conferri quandoque, *veluti conditionem*, posse, hoc est, eodem modo, quo confertur, aut conferri potest conditio; quae cum tacite conferatur in alienam voluntatem, si ex facto pendeat ab altero suscipiendo, nihil aliud VLPIANVS tradere voluit, quam id ipsum, quod MODESTINVS, videlicet, quod legatum tacite omnino conferri possit in alterius arbitrium, id quod evenit in conditione, *si Titius in Capitolium ascenderit*; quae, licet pendeat a Titii voluntate, non tam vitiat legatum, quemadmodum MODESTINVS tradidit in loco supra adducto, cui minime hic contradixit VLPIANVS; Potius quia dubitari forsitan poterat, quomodo haec conditio conferatur in alterius voluntatem, VLPIANVS quam brevissime,

65) JO. VOET in Commentar. ad Pandectar. Tom. II. lib. XXVIII. iii. V. §. 29. pag. 257. (edit. Colon. 1769 fol.)

66) L. I. pr. D. de legit. II.

67) lib. I. emendat. c. 3.

68) lib. II. sententiar. c. 11.

69) De negationibus Pandectarum cap. IV. num. 39. pag. 29.

70) In Commentar. in Decretal. Gregorii IX. sit. loco Tom. III. ad c. 13. X. de testam. n. 10. pag. 454.

71) Interpres. iuris lib. II. cap. 22. pag. 259. sqq.

72) In Commentar. ad Pandectar. Tom. II. sis. de legatis §. 36. pag. 341.

vissime; ut solet, illud ostendit, et subiicit, nihil interesse, *si Titius in Capitolium ascenderit*, mihi legetur, an, *si voluerit?* Nihil interest scilicet quoad voluntatem Titii, quae utraque conditione continetur, non vero quoad validitatem. Hac itaque ratione VLPIANVS bene conciliari potest cum MODESTINO et POMPONIO. Vlpianus nimirum aequiparare solum voluit has conditions quoad legandi modum, ut ostenderet, in utraque conditione apparere tertii arbitrium; cum e contrario Pomponius et Modestinus has conditions inter se componant quoad validitatem et effectum, cuius intuitu inter utramque hanc conditionem multum, ut supra vidimus, interest.

§. 5.

### Visiones STRYCKII dilucidantur.

Sed sunt aliae praeterea limitationes, quas hoc loco in medium proferre solent Doctores, in quibus regulam, quae heredis institutionem in aliena voluntate ponit vetat, locum non habere arbitrantur. Recensent eas CASP. MANZIVS<sup>73</sup>), GONZALEZ TELLEZ<sup>74</sup>), et SAM. STRYCKIVS<sup>75</sup>). Nos in praesenti eas solum brevissime expendemus, quas protulit STRYCKIVS. Is scilicet primum hic quaestionem proponit, *anon testator tertio ciudam committere possit, ut eius vice ultimam voluntatem conficiat*, et Caium heredem instituat? et affirmandam esse putat hanc quaestionem, quia, cum testator iussit, ut scriptor testamenti Caium heredem institueret, institutio in ipsius arbitrium minime est collata, sed ex praefcripto testantis perficitur. Recte quidem Beatus STRYCKIVS! et vere; quera enim vel ipsa non docuit Romana antiquitas, testamentis etiam condendis scribendisque frequenter iam olim adhibitos fuisse Jureconsultos? Tanta eo in genere iam CICERONIS aetate<sup>76</sup>) erat Scaevolae auctoritas, ut nullum fore testamentum recte factum, nisi quod iste scripserit, arbitrarentur. Et Lucius Titius penes SCAEVOLAM lib. 3. *Responorum*<sup>77</sup>), tanquam inusitatum et incognitum quid in suo testamento adnotat, quod illud scripserit *sine ullo iurisperito*. Sed quotus quisque est, qui non intelligat, istam visionem STRYCKII extra nostrae disputationis aleam esse positam, cum hoc in casu heredis institutio arbitrio tertii haud permittatur, et testamentum, quod testatoris vice et iussa scriptum, perinde habeatur, ac si a testatore ipso esset confectum, modo testator praefens postea ea peragat ipse, quae ad formam testamenti externam et fidem eius requiruntur, totum enim testandi actum tertio committere, iuris scripti ratio

C 2

pro-

73) De testamento valido et invalido Tit. VI. XVI. §. 26. sqq. pag. 588. sqq.

Quæst. 24.

76) CICERO de Oratore lib. II. c. 6. Adde

74) c. 1. pag. 449.

SUETONIUS in Nerone. cap. XXXII.

75) In Tract. de causulis testamentorum Cap.

77) L. 38. §. ult. ff. de legatis II.

prohibet<sup>78</sup>). Sed idem beatae memoriae STRYCKIVS<sup>79</sup>) aliud deinde cautionis remedium suppeditat contra regulam praedictam. „Cum haud raro, inquit, testatoris interesse possit, ut tertii arbitrio constituantur heres, utpote de quo fiduciam habet, illum rebus testatoris quam optime consulturum, heredemque magis idoneum electurum, quam ipse testator facere posset; pro cautela servabit, ut tres vel quatuor personas exprimat, posteaque subiiciat: ille heres esto, quem Maevius ex his elegerit. „Ratione hanc addit.“ Ex certis enim personis electio committi poterit tertio, arg. L. 46. §. fin D. de fideic. libertat. quia hoc in casu in alterius voluntatem non confertur principalis testamenti dispositio, sed tantum alteri committitur electio; „Simile quid statuit GONZALEZ TELLEZ<sup>80</sup>): Adhuc tamen, inquiens, supra tradita doctrina, videlicet institutionem heredis in extraneam voluntatem poni non posse, limitanda est, cum non ipsa constitutio, sed electio heredis ponitur; veluti cum testator dicit: *Instituo heredem unum ex consanguineis, quem Titius elegerit.* Additque praeter L. 46. a STRYCKIO allegatam, in primis L. 17. §. 1. L. 24. L. 77. §. 4. et 25. D. de legat. II. et L. 7. §. 1. D. de reb. dub. Evidem legum istarum argumento sententiam hanc defendi posse, vix habeo, quod dubitem. Quamvis enim haud diffitear, adductas leges solum de fideicommissis differere, in heredis ipsius electione positis, cuinam ex pluribus personis certis praestare illa velit heres, putayerim tamen, cum JOSEPHO AVERANTIO<sup>81</sup>), a vero me haud aberrare, si his ex legibus principium deducam, scilicet valere incertam dispositionem, quotiescunque per electionem, alicui a testatore concessam, certa fieri potest; propterea quod hoc in casu non in meram alterius voluntatem heredis institutionem contulit testator, sed tertii arbitrium ad certas personas adstrinxit, e quibus electio heredis fieri debeat. Quodsi itaque tertius hic eligit, res in expedito est, et per electionem tertii suprema defuncti voluntas exitum invenit, facta tamen electione, ille variare, eamque revocare amplius non potest, ex quo enim munere sibi demandato functus est, illud exspirat. Sed quid? si tertius non elegerit, vel quia morte praecepitus est, vel quia noluit? Dubitatur, utrumne sic inutilis fiat huiusmodi institutio? Minime vero; potius, ut sic nemo defraudetur a commodo testatoris, omnes admittendos esse censet GONZALEZIVS, ex quibus electio fieri debuit. Omnino pro hac sententia stabilienda faciunt, si quid video, VLPIANI<sup>82</sup>) verba, qui lib. 2. Fideicommissorum.

78) L. 9. Cod. de restam. L. penult ff. qui testam. fac possunt. L. 21. Cod. de restam.

TRECKEL de orig. arque progreffis Testamentis fact.

apud Rom. Cap. III. §. 55. pag. 161. et I. GER. n. 9.

SCHLITTE Diff. 1. de negotiis in persona propria explicandis. Cap. II. Sec. II. §. 13.

79) cit. loco. §. 27. pag. 589.

80) l. add. pag. 449.

81) Interpretat. iuris. lib. IV. cap. 13.

82) L. 24. ff. de legat. II.

commissorum, sequentem speciem trahat. Cum quidam ita fideicommissum reliquistet, Rogo restitutas libertis meis, quibus voles: Marcellus putavit, posse heredem et indignum praeferre. At si ita, his quos dignos putaveris; petere posse ait eos, qui non offenderint. Idem ait, si neminem eligat, OMNES ad petitionem fideicommissi admitti videri, quasi iam praesenti die datum, cum sic relinquatur, quibus voles, nec ulli offerat. Similiter speciem proponit, et eadem ratione decidit PAPINIANVS<sup>83</sup>): Rogo fundum, inquit, cum morieris, restitutas ex libertis, cui voles, Quod ad verba attinet, ipsius erit electio: nec petere quisquam poterit, quam diu praeferriri alius potest. Defuncto eo, priusquam eligat, potent OMNES. Sed dixerit quispiam, hoc adversari testatoris voluntati, qui non omnibus, sed uni e libertis, quem heres elegerit, restitui fideicommissum voluit? Omnino, inquit PAPINIANVS, ita eveniet, ut, quod uni datum est, omnes petant, quod non omnibus datum est, sed, ut MARCELLVS penes VLPIANVM in loco ante adducto arbitratur, cum fideicommissum ita relinquatur, ex libertis, cui volueris, voluntas haec ita interpretanda videtur, nisi offerat, cui heres velit, competere omnibus petitionem, ut scilicet exitum habeat supremum defuncti iudicium, quod publice expedit<sup>84</sup>), et ipsius testatoris interesse praefunditur, qui, cum neminem ipse elegerit, aequali omnibus amore censetur dilexisse. Sed quid? si testator ita disposuerit, ille consanguineorum meorum hereditatem mean habeto, quem Titius in doctrina maxime excellere, aut quem is omnium maxime hereditate dignum putaverit? unusquisque intelligit, in isto quidem casu, Titio haud eligente, non omnes petituros esse hereditatem, quos defunctus reliquit consanguineos, potius ad prudens iudicis, tanquam boni viri, arbitrium res redigi debet, qui aestimabit, quem is vel ob doctrinæ gloriam vel aliis de causis hereditate dignissimum iudicaverit. Id quod et eo in casu obtinere, non sine ratione statuunt Doctores<sup>85</sup>), si forsitan tot sunt istorum consanguineorum, ut si omnes admitterentur, electione non facta, res elusoria et vana esset; quo casu non nisi dignissimos admittet index, ne hereditate ad minimas portiones redacta, defuncti eludatur iudicium, et illud quoque fatis conveniens eo in casu videtur testatoris intentioni, nam, ut recte philosophatur SENECA<sup>86</sup>), ubi mors interclusit omnia, quaerimus dignissimos, quibus nostra tradamus.

### C 3

### §. 6.

modo testatoris. Vid. EM. MERILLIVS in Expositionib. in L. Decis. Iustiniani. N. XXXIX. pag. 109. (edit. Neapol. 1720. 4.)

85) DIDAC. GOVARRUV. & LEVVA ad cap. XIII. X. de restam. n. 14. in eius Operib. Tom. I. p. 55. CASE. MANZIUS de restam. valido et invalido Tit. VI. Quæst. 24 n. 7. MANTICA de conjectur. ultim. volum. L. III. T. I. n. 21.

86) de Beneficiis Lib. IV. cap. 11.

## §. 6.

*Limitatio a PETRO FRANC. LINGLOIS regulae praedictae adiecta.*

Omittimus reliquas limitationes, quas Doctores adducti doctrinae supra traditae ex iure Romano heic adiucere adhuc solent, cum causam nostram proxime haud attingant. Id tamen silentio praeterire haud possumus, quod legimus apud PETRVM FRANCISCVM LINGLOIS<sup>87)</sup>. Is scilicet regulam, iuxta quam ab alieno arbitrio pendere non debeat heredis institutio, speciatim quoque inflecti putat in testamentis ad pias causas, ut si testator aliquod genus hominum instituisset, pauperes puta, aut alios auxilio indigentes, quos Titius elegerit; aut si quis totam suam substantiam reliquisset Ecclesiis aut Ptochotrophiis, ita tamen, ut a Titii solius arbitrio pendere debeat, quibus ille ecclesiis aut ptochotrophiis bona velit distribuere, valet eiusmodi institutio, neque responda est, licet nulla certi ptochotrophii vel certae ecclesiae nominatio a testatore facta, sed determinatio eius alieno arbitrio relieta sit, idque pietatis intuitu receptum est. Hoc autem in casu res ita habet. Si tertius pium illud mandatum suscipit, poterit pauperibus vel ecclesiis res defuncti distribuere, quibuscumque velit; sin vero is non elegerit ipse, institutio idcirco non corruit; nam id, quod pauperibus testamento vel codicillis relinquitur, non, ut incertis personis reliquitur, evanescat, sed omnibus modis ratum firmum qui confitat, sanciverunt Imp. VALENT. et MARGIANVS<sup>88)</sup>; sed electio tunc a lege tribuitur Episcopo eius loci, ubi testator domicilium suum habuit tempore mortis, qui tunc pauperibus aut ecclesiis bona distribuet secundum modum a lege prescriptum<sup>89)</sup>.

## §. 7.

*II) De legato in alterius arbitrium collato.*

Progredimur ad alteram de legatis inspectionem, quae alterius arbitrio testator submisit. Ea olim sine discriminione reprobata fuisse a veteribus JCTis, ex rationibus eorum supra cognovimus. Verum enim vero, ex quo Senatusconsulto Neroniano, cuius memoriam VPLANVS<sup>90)</sup> nobis tradidit, cautum est, ut, quod minus pacis verbis (id est, conceptis et legitimis verbis) *legatum fit, perinde habeatur, ac si optimo iure legatum esset*; benignior sensim invaluit circa legantium voluntates

JCTorum

87) in L. Decisionibus Iustiniani cit. 'Decisi. quæst. 2. num. 2 pag. 326.

88) L. 24. Cod. de Episc. et Cleric.

89) L. 28. et 49. Cod. eodem. AVERANIUS in Interpretat. iuris lib. IV. c. 13. n. 7. Penes Protestantes hinc cura et executio piarum dis-

positionum spectat ad Consistoria. V. BOEHMERY Ius Ecclesi. Protest. Tom. II. lib. III. Tit. 26. §. 31 et 32.

90) In Fragm. tit. XXIV. §. 11, apud SCHUTTINGUM in iurispr. vet. antejus. p. 652.

JCTorum interpretatio, adeo, ut, si VPLANVS<sup>91)</sup> iam sua aetate *per omnia exæqua esse legata fideicommissis*, dicat, sint, qui haec ita intelligent, atque si dixisset, varias legatorum species et conceptas de his formulas iam suo aeo in tantum fuisse sublatas, ut ad legatum etiam tunc sufficerit sola voluntatis declaratio, ut sufficit in fideicommissis, et reliqua, quae in fideicommissis erant pinguiora, ad legatorum naturam, alioquin strictam, fuisse tunc redacta, et translata<sup>92)</sup>. Ut ut se res habeat, certum est, ex eo tempore longe aliud iam statuisse iuris auctiores, quorum in Pandectas fragmenta sunt relata, neque omnino omnia sine discrimine reieceris legata, quae in alterius arbitrium collata sunt. Quamvis autem hic latum ob oculos se nobis aperire campum videamus, in quem nostra expatriari posset dissertation, tamen, cum partim multa eo de arguento egregie iam dixerint CAR. FRID. WALCHIUS<sup>93)</sup>, FRID. ES. PVFFENDORFIVS<sup>94)</sup>, JAC. CVIACIVS<sup>95)</sup>, EM. GONZALEZ TELLEZ<sup>96)</sup>, et GEORG. STEPHAN. WIESANDIVS<sup>97)</sup>, quamvis, quod absque carpendi animo dixerim, nequaquam omnes, quae ea de re in legibus Pandectarum occurserunt, remotae sint ab hisce Viris difficultates; partim vero ista disquisitione proxime haud respiciat cap. XIII. X. de testamentis, cuius solum contemplatione hic iuris civilis doctrinam praemittendam censuimus; argumentum illud, utut copiosum, tamen in praesentia rerum quasi per transennam tantum nobis adspicere licet, accidit rationem eius disquisitionem in aliud tempus dilaturis. Ut igitur iuris civilis recentioris de legatis in alterius arbitrium collatis doctrinam, prout ea benignior JCTorum interpretatione magis exulta est, et ad iustiores revocata limites, quam brevissime possimus, ex Pandectarum fragmentis iam ob oculos ponamus, probe ante omnia

91) L. 1. D. de legatis 1. Mirum est, quantum lex ista exercuerit ingenia Interpretum, propterea quod IUSTINIANUS denrum §. 3 I. de legat. gloriatur, te omnia legata ita exæquasse fideicommissis, ut nulla prorsus sit inter ea differentia. Igitur sunt, qui hanc legem Emblematis Triboniani annumerare velint, quorum et castis miror adhuc militare elegantem ICUM IANUM A COSTA in Commentari. ad §. 3. I. de legat. verb. Sed non usque. p. 293. cum minus Celebres JCTi ea dudum deferuerint. Alii aliter hariolantur, quorum conjecturas et variis interpretationes qui scire cupit, is audeat CORNEL. VAN BYNCERSHOECK in Observat. iuris Rom. Lib. VII. cap. 18. Angusti præseniens tractationis limites huic controversiae immorari haud permittunt. Optime sine dubio Vlpiani legem dilucidavit FRANCISCUS DE AMAYA Observationum

iuris lib. II. c. 3. pag. 137. sqq. (Genev. 1633. 4.) Conferri tamen etiam metetur Celeb. CAR. FRID. WALCHIUS in notis ad §. 3. I. de legat. Commentario Institut. Hoppii adiectis p. 490. et in notis ad Eckhardi Hermenevr. iuris. pag. 431. sq et CLAUD. CHIRELETUS de iure fideicommissorum lib. II. c. 6. p. 269. (edit. m. Lugdun. 1584. 8.)

92) Sic sentit IO. ROBERTUS lib. II. Sententiar. iuris cap. 23, sed vide contra quid dixerit CORN. VAN BYNCERSHOECK c. 1. pag. 249.

93) in Diss. de legato heredis in arbitrium collato. Jenae 1761.

94) Observat. iuris universi Tom. III. Ol. 9.

95) Observation. lib. II. cap. 2.

96) in Comm. in Decretal. Tom. III. p. 449. §. 5. sqq.

97) in Opusculis (Lipras 1782. 8.) Spec. 6. pag. 62. sq.

omnia ex eo tempore distinguendum putarunt JCTi, utrum praestatio legati ipsa in arbitrium collata sit, an solum circumstantiae, sub quibus haecce praestatio legati fiat, heredis aut alius sint arbitrio relietae. In casu priori legatum vel in legatarii ipsius voluntate positum est, vel heredis, seu alterius arbitrio subiectum. Si prius, certum est, valere legatum, quod testator ita reliquit: *Titio, si voluerit, do lego centum.* Confirmant hoc non solum GAIUS<sup>98</sup>, et ULPIANVS<sup>99</sup>, sed huius rei etiam illa ratio est, quod cum in legatarii, potestate sit, agnoscere aut repudiare legatum, nec invitus ad illud accipendum cogi possit, nihil impediat, quominus, quod tacite inest, etiam expressa conditione relinquere possit; neque vero tamen inanis haec adiectione est, potius id efficit, ut conditionale iam sit legatum, quod, haud expressa illa conditione, purum fuisse; igitur non aliter ad heredes legatarii pertinebit, quam si ipse legatarius voluerit ad se pertinere, qui si, antequam hanc suam de legato acceptando declarasset voluntatem, decesserit, corruet legatum. Quamvis alias, quod sine adiectione, *si voluit*, legatum sit, ad heredes legatarii

98) L. 65. §. 1. D. de legat. i. et L. 69. D. de condit. et demonstrat.

99) L. 46. §. 1. D. de fideicommissu libertate. Sunt etiam, qui L. 43. §. 2. D. de legat. i. huc trahere, et ULPIANUM, dum ibi ait: *legatum in aliena voluntate posse*, exponendum esse velint de voluntate legatarii ipsius, qui scilicet hic alienus dicatur respectu heredis; et hacten medela omne penitus sublatum est dissidium existimat, quod aliquoquin ULPIANUM inter atque MODESTINUM existeret, qui posterior in L. 52. D. de condit. et demonstrat. in alienam voluntatem conferri legatum posse, diserte negat. In ista sententia versantur ACCURSIUS ad L. d. 43. ANT. AUGUSTINUS Emendat, lib. IV. c. 15. EM. GONZALEZ TELLEZ ad c. 13. X. de restam. n. 11. Tom. III. Commentar. in Decretal. p. 454. DIDAC. COVARRUVIAS A LEYVA ad c. 13. X. de restam. n. 11 et 12. Opp. Tom I. p. 55. et alii. Enimvero iam CHRIST. THOMASUS animadvertisit in Diff. de captioriis institutionibus §. VI p. 7. maxime contortam esse hancce interpretationem, neque est, quod refrager, quamvis in eo quidem accedere huic Viro prorsus dubitem, si novum exemplum hic adesse dolet; antinomiarum in iure nostro, et testimonium miserice eius, cum saepe enim tum etiam hoc loco compri, verum esse, quod JUSTINIANUS praemonet in Constitut.

de confirmat. Digestor. §. 15. contrarium aliquid in Pandectis postum nullum sibi locum vindicare, si quis subtili animo diversitatibus rationes excutierit. Deinde vero ista etiam consideratio a THOMASII sententia me absterruit, quod MODESTINUS sit ULPIANI discipulus, qui, quantum ab ore Praeceptoris sui peperderit, etiam sententiis adhaeserit, ostendit L. 52. §. 20. D. de furtis, et L. 53. D. de condit. et demonstrat. Vid. HENR. BRENNMANN in Diarr. de Eversematicis sive in Herennii Modestini librum singularem regi eugenianum Commentar. cap. 10. (Lugd. Bat. 1706.) Nemo diffiteri quidem potest, ULPIANUM in d. L. 43. §. 2. loqui de mera voluntate terrii extranei, hanc enim ista formula exprimere moris fuit JCTis, seu patet ex L. 52. D. de condit. et demonstrat., neque tamen idcirco est, quod vel cum THOMASIO pugnat. Ulpianum inter et MODESTINUM statuamus manifestam, vel, de qua Ulpianus dixit, alienam voluntatem de legatarii ipsius voluntate intelligamus. Superest alia via, quam STRYCKIUS ostendit in Tr. de cauetis testament. cap. XX. §. 5. pag. 784. et hanc nos quoque inibimus, et magis muntemus, ut patet infra. Haud satisfecit hac in re Doctissimus WIESANDIUS in Opusc. cit. loco. p. 62. sqq. neque arrisit Cujacu interpretatio in lib. II. Observation. cap. 2. quidni autem? alia occasione demonstrabimus.

legatarii transmittitur. *Aliud est enim, inquit GAIUS<sup>100</sup>, iurit, si quid tacite continetur, aliud, si verbis exprimatur.* Quodsi vero non in legatarii ipsius voluntate positum est legatum, sed arbitrio heredis vel alterius reliatum, iterum distinguendum esse praeceperunt JCTi, utrum praestatio legati directe et expresse heredis vel alterius arbitrio subiecta sit, an vero implicite tantum atque tacite in heredis vel alterius arbitrium sit collata. Quoad casum posteriorem praemonendi sunt lectores, legatum variis modis tacite conferri posse in alterius arbitrium. Primum quidem hoc modo: *Lego Titio centum, nisi Catus noluerit; sive; Titio, nisi heres meus noluerit, decem dari volo.* qualem speciem tractat ULPIANVS<sup>101</sup>). Eiusmodi vero legatum seu fideicommissum haud inutile esse, idem tradit Jureconsultus, sed valere quasi conditionale fideicommissum, et primam voluntatem exigere, hoc est, ut quam primum declareret heres, utrum praestare velit legatum, nec ne: *idcirco*, pergit Iustus, *post primam voluntatem non fore arbitrium heredis dicendi, noluisse;* id est, si heres semel dixerit, se velle legatum praestare, aut saltim non repugnaverit, cum primum potuit, conditio adentionis cessat, et legatum debebitur; quia eiusmodi legata non, nisi facto contradictionis accedente, legatario admittuntur. Hinc si heres moriatur, priusquam declaraverit, se praestare nolle legatum, non amplius erit arbitrium heredibus eius, contra dicendi, potius legatario iam perfectum ius erit, legatum posse. Et idem quoque obtinebit, si conditio, *nisi noluerit*, alienae personae fuerit iniuncta, hoc enim in casu debebitur legatum, *si tertius ille non contradixerit, non repugnaverit, cum primum poterit, ut recte hanc formulam interpretatur Jos. AVERANIUS<sup>2</sup>).* Ex hoc vero simul intelligitur, legatum sub conditione, *nisi heres noluerit*, aut, *nisi Catus noluerit*, alicui reliatum esse tale legatum, cuius praestatio non directe quidem, at vero tamen tacite seu implicite in arbitrium confertur. Sed quid est, cur quasi conditionale illud vocet ULPIANVS? Rationem dicit PAVLVVS<sup>3</sup>): *Quod pure datum est, inquit, si sub conditione admittatur, quasi sub conditione legatum habetur.* Atqui si legatum ita reliatum est, *nisi heres noluerit*, conditio haec ita comparata est, ut ab ea non tam legati constitutio, quam eius pendeat ademptione, et hinc est, quod illud quasi conditionale ab ULPIANO appelletur. Porro tacite confertur legatum in alterius arbitrium, si praestationem eius ab heredis vel alterius facto quodam sive suscipiendo veluti con-

ditio-

100) L. 65. §. 1. D. cit.

1) L. 11. §. 5. D. de legat. et fideic. III.

2) Interpretat. iuris lib. II. c. 22. n. 7. Vide quoque ARN. VINNIUM lib. II. silect. quæst. c. 25.

FERNANDEZ DE RETES lib. IV. Opusc. Tom. VI.

Thesauri Meermann. p. 209.

3) L. 6. pr. D quando dies legator. adde L.

14. D. de adim. et transf. legat.

ditionem pendere voluit testator, et tali quidem, quod in potestate eius positum est, cuius personae est adscriptum. Huins generis *MODESTINVS*<sup>4)</sup> hoc exemplum adferit: *Titio decem do lego, si Maevius capitolium ascenderit, et PAVLVS<sup>5)</sup>* hanc speciem habet: *si ita legetur, heres dare damnas esto, si in CAPITOLIVM NON ASCENDERIT;* hocque utile legatum esse pronunciat, quamvis in potestate eius sit ascendere vel non ascendere; sufficit enim, *quod*, ut in simili specie *POMPONIVS<sup>6)</sup>* dixit, *scriptura non sit expressa voluntas heredis vel tertii*, ut alias rationes silentio hic omittam, quas supra §. 4. exposui. Ex hisce itaque, in medium quae protuli, exēplis simul manifestum est, valere legatum, quod tacite tantum et implicite in heredis vel alterius arbitrium, veluti conditio, collatum est, id quod etiam confirmat *ULPIANVS<sup>7)</sup>*: *in arbitrium alterius conferri legatum, veluti conditionem, posse, expresse afferens, quem locum supra explicavimus.*

### §. 8.

#### Continuatio.

Quodsi nunc autem praefatio legati directe et expresse heredis vel alterius arbitrio submissa sit, plurimum omnino tunc interesse existimant Romani Prudentes, utrum in *merum* et *plenum* eius arbitrium collatum sit legatum, *an vero ei, quasi viro potius bono, illud commissum sit.* Huc pertinent sequentia, quae in Pandectis supersunt, JCToram fragmenta:

*ULPIANUS lib. 2. Fideicommissorum<sup>8)</sup>.*

*Quamquam autem fideicommissum ita relictum non debeatur, si VOLVERIS, tamen si ita adscriptum fuerit, si EVERIS ARBITRATVS, si PVTAVERIS, si AESTIMAVERIS, si VTILE TIBI EVERIT VISVM, vel VIDEBITVR, debetibus: non enim plenum arbitrium voluntas heredi dedit, sed quasi viro bono commissum relictum.*

*IDEM lib. 5. Disputationum<sup>9)</sup>.*

*Si sic legatum vel fideicommissum sit relictum, si AESTIMAVERIT HERES, si COMPROBAVE- RIT, si IVSTVM PVTAVERIT: et legatum et fideicommissum debebitur; quoniam quasi viro potius bono ei commissum est, non in meram voluntatem heredis collatum.*

*IDEM lib. 6. Disputationum<sup>10)</sup>.*

*Quodsi ita scriptum sit, si HERES VOLVERIT: non valebit (sc. legatum). Sed ita demum, si totum in voluntate fecit heredis, si ei libuerit. Caeterum si arbitrium illi quasi viro bono dedit, non dubitabimus, quin libertas debeatur. Nam et eam libertatem deberi placuit,*

4) L. 52 D. de condit. et demonstrat.

5) L. 3 D. de legis II.

6) L. 68. D. de hered. instituend.

7) L. 1. pr. D. de legat. 2.

8) L. 11. §. 7. D. de legat. 3.

9) L. 75. princ. D. de legat. I.

10) L. 46. §. 3. D. de fideicomm. libertat.

placuit, si TIBI VIDEBITVR, PETO MANVMITTAS, ita enim hoc accipendum, si tibi quasi viro bono videbitur. Nam et ita relictum, si VOLVNTATEM MEAM PROTAVERIS, puto debet. Quemadmodum, si TE MERVERIT QVASI VIRVM BONVM, vel si TE NON OFFENDERIT QVASI VIRVM BONVM, vel si COMPROBAVERIS, vel si NON REPROBAVERIS, vel si DIGNVM PVTAVERIS.

Haec fragmenta *ULPIANI* quidem de legato solum in heredis arbitrium collato loquuntur, sed non desunt etiam, quae de legatis in *alienum* i. e. extranei arbitrium collatis differunt, quae qualia sint, in medium iam proferemus. Sunt autem frequentia:

*MODESTINVS lib. 7. Differentiarum<sup>11)</sup>.*

*Non poterit utiliter legari, si MAEVIVS VOLVERIT, TITIO DECEM DO. Nam in alienam voluntatem conferri legatum non potest.*

*ULPIANVS lib. 21. ad Sabinum<sup>12)</sup>.*

*Legatum in aliena voluntate ponи potest: in heredis non potest.*

*IDEM lib. 6. Disputationum<sup>13)</sup>.*

*Si ita adscriptum sit si SEIVS VOLVERIT, STICHVM LIBERVM ESSE VOLO: mihi videtur posse dici, valere libertatem: quia conditio potius est, quemadmodum si mihi legatum esset, si TITIVS CAPITOLIVM ASCENDERIT.*

*IDEM lib. 9. ad Sabinum<sup>14)</sup>.*

*Cum ita legatum sit, pupillo, sive pupillae, ARBITRIO TVTORVM, neque conditio inest legato, neque mora; cum placeat, in testamentis legatum in alterius arbitrium collatum, pro viri boni arbitrio accipi: quae enim mora est in boni viri arbitrio, quod iniectum legato velut certam quantitatem exprimit, pro viribus videlicet patrimonii.*

His ex Fragmentis *primum* perdiscimus, unde hoc discrimen agnosciri possit, utrum videlicet a testatore heredis vel alterius plenum arbitrium electum, an ei, quasi viro potius bono, legatum sit commissum; scilicet ex ipsis verbis id cognoscitar. Quodsi nimirum testator formula: *si heres voluerit, sive, si Maevius voluerit, sive, si libuerit heredi, (er wolle es ihm in seinen freyen Willen stellen) usus est; appareat, legatum in meram heredis vel alterius extranei voluntatem esse collatum. Quodsi vero verbis usus est: si fuerit arbitratus (sc. heres, vel alter nescio quis extraneus); si putaverit; si aestimaverit; si comprobaverit; si iustum putaverit; si utile ei fuerit vi- sum; si ei videbitur; si legatarium dignum putaverit; (wenn er es vor gut befinden würde; wenn er es vor ratsam; vor billig hielt; wenn er glaubte, daß der legatarius*

11) L. 52. D. de condit. et demonstrat.

12) L. 43. §. 2. D. de legat. I.

13) L. 46. §. 2. D. de fideicomm. libertat.

14) L. 1. §. 1. D. de legat. 2.

es verdiente; wenn er es seinem Ermessens nach bedürfte; oder wenn er glaubte, daß es bei dem legatorio angewendet seyn würde;) indicio est, testatorem legatum in heredis seu alterius, quasi viri boni, arbitrium commisso. Id quod in dubio presumendum esse VLPIANVS tradit; si testator saltim verbo *arbitrii* (Ernissen, Gut befinden) usus fuerit. Deinde his ex fragmentis intelligimus, in eo quidem omnia esse concordia, quod legatum debeatur, in heredis vel alterius extranei, tanquam in viri boni, arbitrium collatum. Quodsi enim factum fuerit, heres vel tertius, cuius-arbitrium electum, munus viri boni ita, ut testator optavit, praestare, eiusque desiderio, ut ipsa aequitas iubet et bona fides, satisfacere debet. Is enim est vir bonus, qui, ut CICERO<sup>15)</sup> pulcre imaginem eius exprimit, *nihil cuiquam, quod in se transferat, detrahit, potius prospicit, quibus possit, noceat nemini.* Igitur summo studio id aget, ut spem testatoris expleat, turpemque impietatis et invidiae suspicionem evitet. Quodsi igitur ipsa legati praestatio in heredis, quasi viri boni, arbitrio posita est, is etiam viri boni partes adimplere debet, cumque illi nunquam hac in re sui compendii, sed solius aequitatis rationem habere liceat, dispiciet, num aequum sit, an potius iniquum et inutile, legatum solvere, et si ex sententia viri boni aequa videatur legati praestatio, heres, etiam si invitus, solvere debet, fin recusat, iudicis officio adigi poterit ad voluntatem defuncti adimplendam. Non enim spectandum, inquit SCAEVOLA<sup>16)</sup>, quod hereditibus displiceret, sed id, quod viro bono possit placere; quo nomine, ut recte inquit B. BRISONIVS<sup>17)</sup>, qui libet iustus, aequus, et prudens consideratusque paterfamilias accipiens est. Qui enim ita se gerunt, ita vivunt, ut eorum probetur fides, integritas, aequitas, liberalitas; nec sit in eis ulla cupiditas, vel libido vel audacia, hos, ait CICERO<sup>18)</sup>, viros bonos, ut habiti sunt, sic etiam appellandos putamus. Et idem quoque obtinebit, si tertius, cuius arbitrium electum, absque iusta causa praestationi legati obnittatur, vir bonus iniquae contradictioni eius haud relinquet locum. Posthaec vero Fragmenta adducta illud quoque extra omnem dubitationis aleam ponunt, quod inutile legatum sit, in meram heredis voluntatem collatum. In hoc igitur illibata mansit iuris antiqui regula, neque etiam sine ratione. Nulla etenim obligatio conferri potest in voluntatem debitoris<sup>19)</sup>, cum hoc repugnet naturae ipsius obligationis, quae quippe necessitate debet adstringere debitorem<sup>20)</sup>. Atqui hereditatis

15) de Officiis lib. III. cap. 19.

16) L. 41. §. 4. ff. de fideicommissu libertate.

17) de Verb. Signific. v. bonus vir.

18) in Lexico cap. 5.

19) L. 8. ff. de Obligat. et action. L. 17. D.

de Verbor. Obligat. L. 46. §. 3. et L. 108. §. 1.

D. eodem.

20) Princ. I. de obligat. L. 3. ff. de obligat. et action.

reditatis additione heres legatariorum fit debitor quasi ex contractu. Ipse testator quoque, ut recte inquit GAIUS<sup>21)</sup> heredem obligare cogitat, cui iniunxit legati praestationem; quodsi vero in eiusdem voluntate simul collocaverit hanc necessitatem, utrum scilicet praestare legatum velit, nec ne; quotus quisque adeo tunc hebes est, qui harum rerum repugnantiam non videat?

### §. 9.

#### MODESTINVS et VLPIANVS conciliantur.

Sed maiores in difficultates delabimur, si ad legatum, in meram tertii seu extranei collatum voluntatem tandem accedimus; non leve enim hic dissidium subesse videtur inter MODESTINVM atque VLPIANVM, quorum prior legatum in alienam voluntatem conferri posse negat, posterior affirmat, quin immo alio loco, quem etiam supra in medium protulimus, non solum hanc suam sententiam exemplo illustrat, Si Seius voluerit, Stichum liberum esse volo, et hanc quidem libertatem valere putat, sed eandem etiam rationibus corroborat; primum enim, inquit, tertii voluntas veluti conditio adscripta videtur, quae, si tertius voluntatem suam de legato praestando declarat, existit, sin secus, deficit; deinde argumentum duci posse existimat a legato sub conditione, si Titius Capitolium ascenderit, alicui relieto, hoc etenim valere nullum dubium est, cum tamē a voluntate tertii perinde pendeat, utrum capitolium ascendere velit, nec ne. Multum fudavit et alis Interpretum cohors in tollenda hac pugna, quam inter VLPIANVM atque MODESTINVM hic adesse conclamarunt, ut breviter supra tetigi in nota 99. §. 7. Temporis et scriptiunculae nostrae angustiae haud patientur, ut variis Doctorum interpretationibus heic recensendis ac trutinandis immorer praeferim cum nulla ita comparata sit, ut omnem eximat scrupulum; igitur, omnibus omissis Interpretum traditionibus, de quibus alio loco disputandi dabitus occasio, in praefens tantum, quid mihi ea de re videatur, equidem dicam, et dicam quidem, quam brevissime potero. Non credo autem, VLPIANVM, utut vel maxime videatur, regulam a MODESTINO prolatam penitus subvertere voluisse. Habeo, haud minimi profecto momenti, argumenta, quae, quam id recte statuam, omnino ostendunt. Primum quidem illud per mihi mirum videtur, quando cerno, qua dubitatione, quanta haesitatione, et quo verborum anfractu VLPIANVS in quaestione proposita, utrum valeat libertas, sub conditione, Si Seius voluerit, Sticho adscripta, respondeat: mihi videtur posse dicti, valere libertatem, quia conditio potius est. Quamvis enim libertatis favore sententiam suam

D 3

tuiri

21) L. 7. §. 1. D. de reb. dub.

tueri facile potuisset, cum multa sint hoc nomine contra receptas regulas et iuris rigorem pro libertate introducta<sup>22)</sup>; tamen, quasi non sufficiat solus libertatis favor, — fuerunt enim non e Sabini solum sed et e Proculi Schola Jureconsulti, qui veterum Regulis inhaerentes, parum favebant libertatibus, et quos eosdem pro Jure stricto contra libertatem saepe respondisse, sciebat VLPIANVS<sup>23)</sup>, quibus certe solus libertatis favor haud sufficiens fuisset visus ad infleßendam rationem iuris: — quaerit adminicula, quibus fulciat sententiam suam, videlicet quod voluntas aliena sit adiecta tanquam conditio, tanquam aliquis eventus, tanquam aliquod factum. Quibus perpenſis, credendum est, VLPIANVM in alio legato, tanto favore non digno, multo aliter profecto responsurum esse. Nam si alia quoque legata recte conferrentur in alienam voluntatem, quis de libertate posset dubitare? Quae amenitiae esset, si haesitaret in legato libertatis ille, qui in aliis legatis sine haesitatione responderat, posse in alterius arbitrium conferri. Quae igitur si consideras, non dubitamus, te nobis facilem esse futurum, si VLPIANVM nequaquam generaliter id a se dictum voluisse existimemus, quod lib. 21. ad Sabinum tradit, scilicet *legatum in aliena voluntate ponī posse, in heredis non posse.* Jam rethorum e Scholis perdiscimus, saepe, que καὶ ἄλλα proferuntur, vera non esse, nisi κατὰ τι accipientur. Neque aliter etiam sapiunt veteres Romanorum Jureconsulti, apud quos locutiones generales, ne falsae sint, saepe sunt restringendae ad certas tantum species<sup>24)</sup>. Igitur et VLPIANI effatum, utut generaliter prolatum, tamen κατὰ τι intelligentium, itaque temperandum esse arbitramur, ut illud saltem restringamus ad casus illos, in quibus legatum ex ipsa VLPIANI sententia etiam sub conditione, si tertius voluerit, relinqui potest, id quod e. gr. in eo casu procedit, si legatum tale est, quod singularem in iure favorem habet, quale est legatum libertatis: Nam GAI<sup>25)</sup> teste, *libertas omnibus rebus favorabilior est*, et quantumvis etiam, flagrantibus olim Proculianorum et Sabinianorum factis, inter stricti iuris et benignitatis rationem, fluctuaverit libertatis favor, eundem tamen nova lege confirmavit FLAVIVS JVSTINIANVS<sup>26)</sup>. Verum enim vero cum idem VLPIANVS eodem in loco, quo legatum libertatis in mera alterius voluntate poni posse ex rationibus supra adductis existimaverat, statim neget, tale legatum eodem modo quoque in heredis voluntate poni posse<sup>27)</sup>;

22) L. 122. D. de Reg. Iur. L. 30. D. de liberali causa. L. 28. pr. D. de statu liberis, LIBERO ad L. Decisiones Iustiniani Decif. XXXI. Quæst. 2. n. 3. p. 304.

23) Vid. GOTFRID. MASCOVII in Diatriba de factis Sabinianorum et Proculianorum in iure civili cap. IX, §. 26. pag. 244. sqq.

24) BYNCKERSHOECK Observat. iuris Romani lib. VII. c. 18. pag. 253. et ECKHARDVS in Hermeneut. iuris lib. I. cap. 5. §. 202.

25) L. 122. D. de reg. iuris.

26) L. 14. C. de fideicommissis, libertat.

patet, dari casus, ubi legatum in alienam quidem voluntatem conferri possit, in heredis autem non possit. Et sic veram mihi videor enucleasse VLPIANI mentem, faciem praferente STRYCKIO<sup>28)</sup>, cui etiam VLPIANVS in d. L. 43. §. 2. ff. de legat. 1. loqui tantum comparative visus est, quod scilicet facilius possit in tertii arbitrij conferri legatum, quam in heredis; ex ratione, quae habetur in L. 7. §. 1. ff. de reb. dub. quod heres per tales dispositiones plane non obligetur, quem tamen testator per legatum utique obligare cogitat. Neque sic etiam VLPIANVS et MODESTINVIS amplius repugnabunt inter se, cum prior de exceptione, posterior de regula cogitaverit. Quem fugit enim, quod commode admonuit JAVOLENVIS JCtus<sup>29)</sup>, omnem scilicet definitionem, i. e. regulam, in iure civili periculosa esse; quae verba eo spectant, ut, hoc veluti monito, caute iis regulis utamur, quae sunt in iure nostro a Veteribus prolatæ, neque easdem, licet generaliter positas, semper univerſaliter veras arbitremur, et quarumlibet promiscue causarum casuumque decisionem ex iis petamus; minime, potius regulam quamque, ne falsa sit, ad eas solum species referendam esse, ex quarum collectione earum quaeque confeſta est, et, si generaliter ac indistincte posita, per exempla in ea relata, vel ad eam referenda, declarandam esse, non solum JAVOLENVIS loco adducto, sed clariss. adhuc PAVLVIS<sup>30)</sup> voluit praecipere, inquisiens, non ex regula ius sumendum esse, sed ex iure, quod est, faciendam regulam. Enimvero ne ita quidem omnem, insurgis, sublatam esse VLPIANVM inter atque MODESTINVUM diffensionem. VLPIANVS, inquis, eodem in loco<sup>31)</sup> ex quo §. legatum saepe dictæ L. 43. D. de legatis explicavimus, inter legandi conditions, Si Seius voluerit, atque si Seius Capitolium ascenderit, nihil penitus interesse statuit, quam tamen utramque maxime inter se differre, ostendit MODESTINVIS. Ergo semper residet diffidium. Videamus, quomodo dubitationi huic occurrere queamus. Illud profecto negari nequit, differentiam omnino esse inter utramque hanc legandi formulam, si Titius voluerit, et si Titius Capitolium ascenderit, si, quemadmodum supra fecimus, utriusque complicatam notionem accurate evolvimus. Neque tamen etiam huic adversatur, si dixerimus, certo modo, et eo quidem in respectu, in quo VLPIANVS ita:

27) Aliter VLPIANVS cit. L. 46. pr. de fideicommissis, libert. sentit de libertate sub conditione, si heres voluerit, fideicommissis; cur autem? inquirunt GONZALEZ TELLEZ cit. Comment. in Decretal. Tom. III. lib. III. tit. 26. n. 7. et WATCB cit. Differat. §. 3.

28) in Tract. de Causulis testamentorum, Cap. XX, §. 5. pag. 784.

29) L. 202. D. de Reg. Iuris.

30) L. 1. D. eodem, Conf. IAC. GOTHFREDVS in Comment. ad L. 202. D. de R. I. IO. MERCERII Conciliator. pag. 79. qd. (edit. Reinold. Duisb. ad Rhen. 1712.) et MART. GOTTL. PAVLI Disp. de Regula Caroniana. (Vit. 1769.) §. 3.

31) L. 46. §. 2. ff. de fideic. libertat.

ista tradidit, nullam omnino inter utramque hanc legandi formulam esse differentiam. Scilicet iam alio loco<sup>32)</sup>, quem supra illustravimus, formulam si *Titius voluerit*, componit cum altera illa, si *Titius in Capitolium ascenderit*, et inter utramque nihil interesse putat, quod comprehendendam scilicet voluntatem *Titii*, et efficiendum, ut utraque conditio contineat *Titii voluntatem*, ut recte *VLPIANVM* interpretatur *Jos. AVERANIUS*<sup>33)</sup>. Hoc in respectu credit *VLPIANVS*, uti sibi licere argumento saltim adminiculante, a legato sub conditione, si *Titius Capitolium ascenderit*, defumto ad suffulciendam suam, de libertate sub conditione, si *Scius voluerit*. Sticho valide relicta, sententiam, quamvis nemo non intelligit, merito suspectam et faciat esse hanc *VLPIANI* rationem, quia utramque hanc conditionem quoad effectum et validitatem ipsius legati invicem componit, quo nomine tamen multum inter saepe dictas formulas interesse, *MODESTINVS* ostendit, cui et quoad heredis institutionem adstipulatur *POMPONIVS*, ut supra cognovimus. Libertatis favor, cui etiam addictus fuisse videtur *VLPIANVS*, sine dubio in hanc sententiam eundem duxit, ut hoc saltim nomine etiam quoad effectum et validitatem legati nihil interesse putaverit, utrum, si *Titius Capitolium ascenderit*, sit Sticho libertas relicta, an; si *Titius voluerit?* Neque etiam hoc prorsus inauditum est, cum et alia sint multa contra receptas iuris regulas libertatis favore introducta. Hoc igitur casu excepto, stat regula a *MODESTINO* prolatam, in alienam voluntatem scilicet merum conferri legatum non posse.

#### §. 10.

*Species quaedam sub MODESTINI regula haud comprehensae, ex ICtorum fragmentis proponuntur.*

Hactenus de legato, cuius praestatio ipsa heredis vel alterius arbitrio relicta est. Age iam eas persequamur species, quibus solum circumstantiae, sub quibus haecce legati praestatio fieri debeat arbitrio heredis vel alterius permisae sint, et istas quidem omnes, quotquot earum fragmenta JCTorum in nostris Pandectis exhibent, sub praedicta *MODESTINI* regula haud contineri praemoneamus. Variae autem in nostris legibus occurrant visiones, quibus modis circumstantiae possint arbitrio heredis vel alterius relinquiri, sub quibus praestatio legati fiat, quae singulariter iam spectandae sunt. Accedit illud I) ubi solum personae electio, cui e pluribus legatum sit praestandum, in arbitrium confertur. Elegantem eius generis

32) L. 1. pr. ff. de legat. 2.

33) Interpretar. iuris lib. II, cap. XXII, n. 12, pag. 262.

neris speciem proponit *VLPIANVS*<sup>34)</sup> Quidam, inquit, cum tres servos legasset, fiduci heredis sui commisit, ut ex his duos, quos vollet, manumitteret: fideicommissa libertas valebit, et, quos ex his vellet, heres manumittet. Quare si eos vindicaret legatarius, quos heres vult manumittere, exceptione dolи repelletur. Non dubito, exinde posse recte inferri, valere legatum, ut uni ex cognatis meis, cui heres meus velit, certam ipse summam solvat. Primum enim, *VLPIANO*<sup>35)</sup> teste, iam ipso iure veteri sub certa demonstratione, id est ex certis personis incertae personae recte legari potuit, quod et totidem verbis repetit *Imperator IVSTINIANVS*<sup>36)</sup> in suis Institutionibus. Deinde, quamvis *VLPIANVS* in proposita specie solum de fideicommisso libertatis differit, nequaquam tamen credendum est, *VLPIANVM* hic aliquid statuisse ex favore libertatis; minime. *PAPINIANVS* eniим idein quoque tradit in aliis speciebus: veluti si testator scripserit: Rogo fundum, cum morieris, restitutas ex libertis, cui voles<sup>37)</sup>. Sed nullum prorsus dubium relinquit *GAIVS*<sup>38)</sup>, qui, de fideicommisso universali, quo testator heredem, ut hereditatis suae portionem uni coheredum, cuinam vellet, restitueret, rogavit, differens, illudque valere affirmans, elegantissimam hanc rationem addit, cur sententiam istam foveat: nec enim, inquit, in arbitrio eius, qui rogatus est, possum est, an omnino velit restituere; sed cui potius restitutus. Plurimum enim interf. utrum in potestate eius, quem testator obligare cogitat, faciat, si velit dare; an post necessitatem dandi, solum distribuendi liberum arbitrium concedat. Quam rationem si perpendimus, nemo profecto dubitabit, non solum in fideicommissis, sed etiam in legatis, et quidem non tantum in legato libertatis, sed quoque in aliis legatis arbitrium posse relinquiri, cuinam legatum sit praestandum.

#### §. 11.

*De obiecto legati heredis vel alterius electioni ac determinationi reliquo.*

Altera visio heic contemplanda est, quando testator in legato *determinationem obiecti arbitrio heredis vel tertii reliquerit*; id quod varia ratione contingere potest, vel ut heres aut tertius definit, quid praestandum sit legatario vel quantum ei praestandum sit. Prius contingit in legato electionis, de quo hanc speciem proponit *VLPIANVS*<sup>39)</sup>: Si *Titio* sit sic legatum; *Quem Seius elegerit*, (sc. hominem) et *Seius post elec-*

34) L. 46. §. 5. ff. de fideicommissa libertate.

35) Fragmentor. Tit. XXV, §. 18.

36) §. 25. I. de legatis.

37) L. 6. §. 7. ff. de legatis II.

38) L. 7. §. 1. D. de rebus dubiis.

39) L. 12. §. ult. D. quando dies legator.

*electionem decesserit, locus est vindicationi semel acquistae.* Quid vero, si tertius non elegere? hanc speciem decidit JUSTINIANVS<sup>40)</sup> ita: *Si quis optionem servi vel alterius rei reliquerit non ipsi legatario, sed quem Titius forte elegerit, Titius autem vel noluerit eligere, vel non potuerit, vel morte fuerit praeventus, et in hac specie dubitabatur apud veteres, quid statuendum sit: utrumne legatum expiret, an aliquod ei inducatur adiutorium, ut viri boni arbitratu procedat electio?* Censimus itaque, *si intra annale tempus ille, qui eligere iussus est, hoc facere supersederit, vel minime potuerit, vel quandocunque decesserit: ipsi legatario videri esse delatam electionem, ita tamen, ut non optimum ex servis vel alis rebus quidquam eligat, sed mediae acfimationis, ne dum legatarium satis esse foveandum existimamus, heredis commoda defraudentur.* Ex his intelligitur I) utile esse legatum, in quo, quid legatario praestandum sit, electioni tertii relictum est; neque II) illud corrue, si tertius non eligat, potius III) electionem in hoc casu deferri ipsi legatario, qui tamen ita IV) non optimam rem, quae de genere legato in hereditate adest, eligere poterit, quemadmodum posset, si optio ei expresse legata fuisset<sup>41)</sup>, aut tertius, cui electio commissa, potuisset, si elegisset ipse; sed re mediocri contentus esse debebit. Nullum quoque dubium est, quin hac ratione et ipsi heredi eligendi facultas relinquiri possit, ut ex specie ab AFRICANO JCto<sup>42)</sup> proposita videre licet; *si heres generaliter servum, quem ipse volverit, dare iussus, sciens furem dederit, isque furtum legatario fecerit, de dolo agi posse ait.* Sed quoniam illud verum est, heredem in hoc teneri, ut non pessimum det, ad hoc tenetur, ut et alium hominem præfet, et hunc pro noxae deditione relinquat. Idem quoque haud obseure apparet ex JUSTINTIANI verbis, quando in Institutionibus suis<sup>43)</sup> inquit: *si generaliter servus vel res alta legetur, electio legatarii est, nisi aliud testator dixerit.* Praemonendi hic sunt lectores, olim, legato generis relatio, cuius species plures in hereditate existunt; si de electione nihil determinasset testator, plurimum omnino interfuisse, utrum per vindicationem, videlicet L. *Titio do lego servum;* an vero per damnationem esset relictum, velut: *Heres meus dannas esto, hominem dare Tito.* In casu enim priori legatarii erat electio; in casu autem posteriori, heredis<sup>44)</sup>. Cuius differen-

40) L. 3. §. 1. Cod. *Dominiu. de legat.*

41) L. 2. pr. D. de opt. vel elect. leg.

42) L. 110. D. de legat. 1.

43) § 22. L. de legatis.

44) ULPIAN. *Fragment. Tir. XXIV. §. 14.* eius verba feliciter emendavit CVIACVS Observ. lib. XVII. c. 28. Adde L. 37. D. de legat. 1. L. 34. §. penult. D. codem. L. 23. D. de legat. II. L. 2. §. 1. ff. de opt. vel. elect. leg. sicut iam observavit Ioseph. AVERANIVS in *Interpret. invig. lib. IV. cap. 13.* n. 9.

*Iurispr. ver. ameijust. ad Vip. c. l. not. 38. 39. 40. p. 655.* Et ad hanc differentiam priscam legatorum revocandae sunt omnes Pandectarum leges, in quibus electio modo hereditis, ut in L. 32. §. 1. L. 71. pr. L. 84. §. 3. de legat. II. L. 4. D. de tris. vin. et oleo leg. modo legatarii, usc. dicitur, ut in L. 20. et 108. §. 2. D. de legat. 1. L. 2. §. 1. ff. de opt. vel. elect. leg. sicut iam observavit Ioseph. AVERANIVS in *Interpret. invig. lib. IV. cap. 13.* n. 9.

tie rationem hanc adfert JANVS a COSTA<sup>45)</sup>, quia in legato per vindicationem potestas fuerit legatario, utpote domino rei legatae, qua actione agere vellet, l. 108. §. 2. ff. de legat. 1. In legato autem per damnationem, potestas fuerit heredi, utram rem dare vellet legatario, l. 29. §. 1. ff. de legat. 3. Sed dubito, an haec satisfaciant lectori causam huius differentiae sciscenti; periculum faciam, anne distinctionis huius diversitatis ratio exponi possit. Evidem vero duplcem huius rei causam invenisse mihi videor, Prima est, quia in formula *vindicationis* aperte ad legatarium oratio dirigitur, in legato *damnationis* vero ad heredem; consequens videbatur JCtis, in priori legandi modo ob ipsam, quibus veluti adglutinati fuerunt, verborum vim, legatarii, in posteriori vero heredis esse debere electionem. Accedebat altera haec ratio; legato *vindicationis* praecipue proprium fuit olim, ut dominium rei tali modo legatae ipso iure transiret in legatarium, neque acquisitionis factum requireret heredis, cuius vero factum exigebatur, si dannas i. e. damnatus erat dare in legato *damnationis*. Hinc legatarius rem per vindicationem sibi legatam, ut dominus, poterat actione reali petere, i. e. ex iure Quiritium vindicare, cuius *vindicationis* aliquoties mentio fit in Pandectis<sup>46)</sup>; cum vero, quas per damnationem legasset, familiae suae res dominio heredis non statim exemptisset testator, legatario personalis tantum actio ex legato *damnationis* dabatur contra heredem, qui igitur, ut debitor ex testamento, secundum regulam de illis, qui ad unum vel alterum obligati sunt<sup>47)</sup>, quod velit, solvere poterat, cum e contrario in legato *vindicationis* heredem rem illam dare legatario oportebat, quam vindicasset, cum vindicando ita praeveniret heridis electionem, ut obser- vavit EM. MERILLIVS<sup>48)</sup>. Verum enim vero cum sublatum sit hodie primum illud legatorum differimen, et omnia legata exaequata, ita, ut, quibuscumque etiam verbis legatum sit relictum, perinde habeatur, ac si per vindicationem relictum esset, quia hodie in omni legato rei testatori propriae pure relicto dominium ipso iure in legatarium transit statim a momento mortis testatoris, ideoque cunctum legatario potestas est, qua actione agere velit, reali, personali, vel hypothecaria<sup>49)</sup>; necessario danda fuit nova regula, si genus legatum, quam hic tradit JV-

E 2

STINIANVS

45) in *Commentar. in Institution. Iustiniani ad §. 22. I. de legat.* pag. 311. edit. IOAN. VAN de WAZER L. gd. Batavor. 1719.

46) L. 19. L. 23. D. de legat. II.

47) §. 33. I. de action. L. 2. §. 3. D. de eo quod certlo loco. L. 95. §. 1. D. de solut. ps liberet. L. 29. §. 3. D. de legat. III.

48) Oferuat. lib. VIII. cap. 13. qui statuit, in legato *vindicationis* sub alternatione relido legatarii tunc denum fuisset electionem, cum ageret actione in rem, et legatum vindicare, non si, quod poterat, ageret ex testamento ia personali. L. 38. D. de iud. L. 84. §. ult. D. de legat. 1. L. 66. §. in fundo. D. de legat. 2.

49) §. 2. I. de legat. L. 1. C. commun. de legat.

STINIANVS in sp̄o Institutionum adducto, secundum quam igitur legatarii esse debet electio, non heredis, nisi aliud testator dixerit, id est, nisi nominatim hoc expresserit, se velle electionem esse heredis, puta, si testator dixerit: *heres, quem volet, servum Sejo dato, quemadmodum THEOD. MARCILIVS<sup>50)</sup>, et JANVS A COSTA<sup>51)</sup>, haec verba Justiniani recte interpretati sunt. Ex his simul patet, graviter falli B. HELLFELDIVM<sup>52)</sup>, cum statuit, si testator de electione nihil determinavit, heredem dare posse rem, quaecunque velit, modo ne pessimam dat. Perperam. Legatarii potius hoc in casu erit electio secundum novam istam regulam a JUSTRINIANO traditam, qui tamen non optimam sibi rem eligere poterit<sup>53)</sup>, hoc enim solum in optione eidem expresse legata procedit, sed rem mediae aestimationis. Potest igitur, ut omnia, quae diximus, paucis cōpletantur, determinatio eius, quid praestandum sit legatario, electioni heredis vel alterius relinqu, modo eo in casu, quo nulla eius generis, ac legata est, res in hereditate deprehenditur, obiectum legati sit aliqua ratione, sicut natura, determinatum, ne re, in summo genere legata, legatum fiat derisorium, quippe quale esset illud: *Titio lego fundum, sive domum, quem, sive quam heres volet, sive heres meus Sempronio fundum seu domum dato, quem seu quam Caius velit.* Cum enim quaelibet portio fundi poterit fundi dici, etiam si gleba una sit<sup>54)</sup>, atque etiam ex materia vilissima domus, et minima domus esse possit<sup>55)</sup>, cum neque fundus neque domus natura constituatur, quemadmodum equus, servus, bos, &c. sed patrisfamilias destinatione, maior requiriatur hec in casu demonstratio, ne legatum fiat inutile, si nullum testator fundum nullamne domum in bonis reliquerit<sup>56)</sup>.*

Eadem vero ratione etiam quantitatem legati arbitrio heredis vel alterius relinqu posse, nullum plane dubium est, quo in casu boni viri arbitratu definien-

dum

<sup>50)</sup> in not. ad §. 22. I. de legat. IANI A COSTAE Commentar. in Institut. adiect. p. 310.

<sup>51)</sup> in Comment. ad §. 22. I. de legat. p. 311.

<sup>52)</sup> in iurisprud. forensi Tom. II. §. 1539.

<sup>53)</sup> L. 37. pr. D. de legat. 1. et arg. L. 3. §. 1. C. commun. de legat.

<sup>54)</sup> L. 60. D. de V. S. L. 34. §. ult. D. de legat. 1. L. 6. §. 1. ff. commun. praed.

<sup>55)</sup> L. 24. §. penult. D. de legat. 1.

<sup>56)</sup> L. 71. in princ. ff. de legat. 1. L. 69.

<sup>57)</sup> L. 4. ff. de iure dot.

Quodsi vero testator ha-

bet aliquas donos, aut fundos, unus ex

his legatus videbitur, et legatarii erit electio.

<sup>58)</sup> L. 22. I. de legat. L. cir. 71. Ratio, cur tam

varie fuit constitutum, ea est; quia res incerta de certis legari potest L. 32. §. 1. ff. de legat. 1. atque ideo, cum presumatur, restatorem de rebus propriis testari non de alienis L. 67. §. 8. ff. de legat. 2. legatus est fundus aut domus incerta de certis, videbatur de his, quae sunt in bonis testatoris: ac propterea valet legatum. Quoties autem testator nullas domos fundosve habet, non legatur res incerta de certis, sed omnino incerta, ideo ut nulla fortasse utilitas sit allatura legatario, cum fundi et domus nostra definitione, non natura, constituantur L. 24. §. penult. ff. de legat. 1. AVERANIVS in interpret. iuris Lib. IV. c. 14.

dum erit, quantum pro viribus patrimonii et legatarii conditione praestandum sit, quemadmodum ex huius generis speciebus ab VLPIANO propositis<sup>57)</sup> luculenter potest perspicere.

## §. 12.

### Determinatio temporis in arbitrium collata, et formulae, cum volveris, in legato vis.

Restat ultima visio, quam leges exhibent, quando nimur tempus praestandi legati in heredis vel alterius arbitrium conferuntur. Legatum autem tale utlitera relinqu, dubitare nos non finit VLPIANVS<sup>58)</sup>: quamquam, in heredis arbitrium conferri, an debeatur, non possit, QVANDO TAMEN DEBEATVR, conferri potest. Fiebat illud legatum potissimum dicendi formula: *cum volueris*, ut idem testator VLPIANVS<sup>59)</sup> quae igitur formula, cum ea, *si volueris*, haud confundi debet, quippe quae non tam tempus praestationis, quam potius ipsam praestationem, scil. an velit debere, in heredis voluntatem confert, ut recte vidit JOS. AVERANIVS<sup>60)</sup>. Verba autem illa *cum volueris*, legato adscripta, tractum temporis habent, ut VLPIANVS loquitur<sup>61)</sup>, scilicet, quandiu vivat is, a quo legatum praestandum est, qui si deceperit, antequam dederit, heres eius praestabit, modo legatarius tune adhuc superstes sit, quodsi deceperit ille ante heredem, legatum exspirat, et ad heredem suum legatarius nihil transtulit, *conditionale enim esse legatum, nemini dubium est, et pendente conditione legati, videri deceisse legatarium,*

Habes igitur genuinam iuris civilis de ultima voluntate in alterius arbitrium collata sententiam, quae quidem omnino praemittenda fuit, antequam scilicet, utrum ea iure canonico sit abolita, nec ne, iustum ferri possit iudicium. Et de isto argumento iam in secunda Commentationis nostrae Sectione videbimus.

<sup>57)</sup> L. 1. §. 1. D. de legat. 11. L. 14. D. de am. leg.

<sup>58)</sup> L. 46. §. 4. D. de fideicom. libertat.

<sup>59)</sup> L. 11. §. 6. D. de legat. III.

<sup>60)</sup> Interpret. iuris Lib. III. c. 30. n. 10.

<sup>61)</sup> cit. L. 11. §. 6. D. de legat. 3.

## SECTIO II.

VTRVM INNOCENTIVS III. P. R. IN CAP. XIII. X. DE TESTAMENTIS  
IURIS CIVILIS SANCTIONEM SVSTVLERIT?

§. 13.

*Cap. XIII. X. de testament. ex Gregoriana Compilatione primum  
repraesentatur, deinde suppletur atque ex fonte  
suo redintegratur.*

**I**gitur filum orationis nostrae iam nos ducit ad famosum illud Cap. *Cum tibi. 13. X. de testamentis*, de cuius genuino intellectu Interpretes mirifice inter se discent. Placet vero, antequam diversas Eruditorum sententias recenseamus, ipsum prius *capituli Innocentiani* exhibere textum, atque operam nostram in eo ponere, ut capitulum hoc genuinum habeamus et integrum. Textus autem noster, prout *Gregoriana Decretalium Compilatio* illum nobis repraesentat, ita se habet:

*INNOCENTIVS III. Altissidoren. Episcopo.*

*Cum tibi de benignitate: (et infra) In secunda quaestione dicimus, quod, qui extremam voluntatem in alterius dispositionem committit, non videtur decedere intestatus.*

Ita legitur in editione glossata, quae *Lugduni apud Hugonem a Porta 1559. f.* prodiit, ita quoque legitur in vulgata, quam possedeo, Corporis iuris canonici editione *Colonienſi*, quae anno 1670. 4. impressa est. Ita omnes legunt, quas consului, vulgatae editiones. Etiam in egregia *Fratrum Pitheorum* editione omnia eodem modo leguntur, nisi quod doctissimi Fratres in inscriptione nostri capituli haec addant lineolis inclusa: (*c. an. 1212. Roma in Galliam*).

In *Bohemiana* novissima autem editione ponitur *annus 1204.* in inscriptione, sine ulteriori probatione, quod eo magis miror, quia in *cap. 18. X. de V. S. inscriptione annum 1212.* retinuit, quod tamen primam constituit *Innocentianae Decretalis* partem, et *cap. XIII. nostro* idcirco iungendum est, sicuti etiam *Pitheorum Fratres in notis ad h. cap. 13.* recte iam animadverterunt. Praeterea quoque in *Bohemiana* post verba: *In secunda additur: (vero)*. Omitto variantes quorundam Codicium et editionum lectiones, ne lectoribus meis doctam oscitationem moveam, eo que labore supersedere eo magis possum, quod omnium in manibus sit *Bohemiana*,

quae

quae eas habet, editio, et idem quoque praefiterit doctissimus **HARPFRECHTVS** in supra laudata *ad cap. nostrum XIII. Commentatione*. Sic repraesentata genuina *cap. 13. lectione*, nemo non videt, qui vel fugitivo illud oculo perlustraverit, capitulum hoc, prout in *Gregoriana Compilatione* Titulo *de testamentis* insertum est, non integrum complecti atque perfectam Pontificis epistolam, sed partem eius, et eam quidem maxime trancatam. Dilacerata, quam hic conspicis, atque hiulca verborum structura satis hoc ostendit. Incipit capitulum, *Cum Tibi de benignitate: omissis et reseptis reliquis*. Ista nimurum verba circumstantias facti complectebantur, quas, quia decisionis rationem suggerebant, et ad intellectum eius scitu necessariae videbantur, praemiserat Pontifex; has vero in hac nostra *INNOCENTII* epistola praecedit *RAYMVNDVS DE PENNA FORTI*, qui et in aliis Pontificum Decretalibus, quas iussu *GREGORII IX*. Collectioni eius inseruit, idem sibi licere existimat, ut modo facti momenta, decisionis rationem suggestoria suppresseret, modo ipsam facti narrationem a Pontificibus semper ad decisionis intellectum praemissam reticeret, retentis solum verbis eius initialibus, additaque nota ei perfamiliari, quam et in nostro invenis *cap.*, *et infra*, qua indicat, omissa supplenda esse et repetenda ex integra decretali, quae extat in antiquis *Compilationibus*, aut in *Regestis Pontificum*<sup>1)</sup>. Post haec *et infra*, in nostro *cap.* sequuntur verba: *In secunda quaestione dicimus*, etc. Ergo duas quaestiones ab Episcopo sibi propositas in nostra hac *Decretali* deciderat Pontifex, quas hic dissecurit *RAYMVNDVS*, scissa in duas partes *INNOCENTII* epistola, quarum prima exhibetur infra in *cap. 18. X. de Verborum significatione*, et quidem eadem sub inscriptione, et iisdem retentis verbis initialibus, hoc modo:

*IDEM Altissidoren. Episcopo.*

*Cum tibi de benignitate sedis Apoſt. fit indultum, quod ordinatio rerum Clericorum ab intellectato decadentium, in tua dispositione permaneat: nos consulere voluſti, an appellatio vobuli Clericorum, tam ad Canonicos, quam ad non Canonicos extendatur: (et infra) Consult. t. t. r. quod appellatio Clericorum non solum alios, sed etiam Canonicos comprehendit.*

Solemne hoc fuit non solum *RAYMVNDO*, sed etiam anterioribus *Decretalium collectoribus*<sup>2)</sup>, ut, si decretalis diversa contineret capita, eandem in duas et tres saepe partes discernerent, easque sub diversis collocaverint titulis, quas eadem ex inscriptione et iisdem ex verbis initialibus cognoscimus<sup>3)</sup>.

Con-

1) Conf. Illuſtr. Io. CHRIST. WILH. STECKII  
Comm. de interpolationibus Raymundi de Penna  
Forti *Decretalium Compilatoris* Lipsiae 1754.  
ECKHARDI Hermeneus. *Juris Lib. I. c. VIII. §. 326. ſqq.*

2) Vid. Noſtra Praecognita iuriſprud. ecclſ. posſitivæ Germanor. §. 38. not 21. et 23.

3) Memorabile exemplum *Innocentianæ* *Decretalibus* tres in partes scissa nobis praebent *c. 30. X. de decimis*, *c. 44. X. de test. et atreſo*.

Continet igitur cap. 13, alterius, quam Altissiodorensis Episcopus INNOCENTIO III. proposuerat, quaestionis decisionem, quae cum absque priori praemissa intelligi haud poterat, omnino utrumque Capitulum iungendum et coassandum fuit ope inscriptionis. Enimvero licet in cap. 18. X. de V. S. momenta quaedam facti a RAYMVNDO sicut retenta, quae ad decisioais Pontificiae intellectum scitu perquam necessaria sunt, tamen ne ista quidem plene sunt relata, prouti extant in integra Pontificis epistola. Igitur neque prius quidquam neque antiquius nobis sit, quam ut integrum Pontificis epistolam ex fontibus, scilicet Regestis INNOCENTII III. re-presentemus, ut sic vera, quae Pontifici proposita fuit, species intelligi, atque germana, quae inde pendet, Pontificiae decisionis sententia cognosci possit. Dudum hoc commonuit FRANCISCVS FLORENS<sup>4)</sup>, ut in Gregorii collectione legenda anti-quos Collectores semper adhibeantur, in quibus constitutiones Pontificum integriores reprenimus, quas Raymundus Barcinonensis, Gregorii IX. Tribonianus, passim interpolavit, rescidit, et immutavit, ac saepe contra mentem auctorum. Et hic quidem multo felliciores sumus iuris civilis cultoribus, quod illis veterum JCTortum libros, et antecedentium Imperatorum constitutiones a TRIBONIANO et sociis eius truncatas et misere saepe dilaceratas, omnes in integro videre datum non sit, nobis autem fontes iuris canonici veteris aequae ac recentioris fere omnes adire liceat, ex quo immortaliter eruditissimorum virorum studio tot Conciliorum collectiones, nec non Canonum et Decretalium compilations antiquae sint publici iuris factae. Ad hasec igitur si recurrimus, etiam integrum inveniemus INNOCENTII III. de qua hic quaerimus, epistolam, nullibi vero puriorem hanc reperiemus epistolam, quam apud STEPHANVM BALVZIVM, qui epistolarum Innocentii III. R. P. libros undecim, iuncta prima collectione Decretalium a Rainero, Diacono et Mauro Pomposiano, composita, in unum colligit, magnam partem nunc primum edidit, reliquaque emendavit, Parisis 1682. II. Tomis in folio. Ibi nempe Temo I. Epistolarum seu Regestor. INNOCENTII III. R. P. Lib. V. ep. 39. pag. 631. sq. integrum Pontificis epistola his verbis legitur:

INNOCENTIVS P. Autissiodorensi Episcopo,

Cum tibi de benignitate sedis Apostolicæ sit indulatum, quod ordinatio rerum Clericorum ab intestato, decadentium libere in tua potestate ac dispositione permaneat, volens omnem materiam scandali removere, quod aliquando inter te et tuos Canonicos<sup>5)</sup> est subortum,

super

c. 27. X. de sponsalib. quae a Raymundo sunt de-  
cerpta ex una INNOCENTII III. Epistola, que inte-  
gra sicutur lib. XV. Epist. 184. edit. Baluz. p. 689.

4) in Orat. de recta iuris canon. discendi ra-  
tione, in Elys Operib. a Stoerchenio editis  
Tom. I. pag. 75.

5) Secundum legitionem Gonzalezianam, ex  
terria Decretal. compilatione sub hoc rit. cap. I.  
restitutor, deest verbum Canonicis, hinc ad  
verba et tuos acingavimus GONZALEZ: Canonicos  
videlicet, qui intestatorum successionem sibi vin-  
dicabant.

super duobus nos consulere studiisti<sup>6)</sup>). Primo, an appellatio vocabuli clericorum tam ad Canonicos quam ad non Canonicos extendatur. Secundo, an illi, qui in dispositione et voluntate alterius suam committunt ultimam voluntatem<sup>7)</sup>, nil per se penitus ordinantes, nec determinantes, quid, cui loco, vel personæ, conferriri debeat, dicantur decadere intestati? Primæ igitur consultationi tuae duximus respondendum, quod appellatio clericorum non solum alior, sed etiam<sup>8)</sup> canonicos comprehendit. In secunda vero dici-  
mus, quod qui extremam voluntatem in alterius dispositione<sup>9)</sup> committit, non videtur  
decadere intestatus. Datum Laterani.

§. 14.

*Variae interpretum de Innocentiani capituli intellectu traditiones.*

Restituta sic nostri Capituli integritate, proximum nunc est, ut, quae sit germana Pontificis sententia, cognoscamus. Qua quidem in re mirifice fluctuari video animos interpretum. Sunt primum, qui iuris civilis dispositionem absolute heic abrogatam ivisse INNOCENTIVM, sibi persuadeant, quorum e numero sunt antiquiores non solum, ii qui Glossatores usurpantur, sed etiam recentiores iuris interpretes, inter quos posteriores numerasse sufficiat SAM. STRYCKIVM<sup>10)</sup>, et Celeberr. CAR. FRID. WALCHIVM<sup>11)</sup>; alii vero in alia omnia eunt, quorum animi iterum in tot varias, easque diversas distrahantur sententias, ut, si omnes vellem recensere, ascenderent ad numerum vel minimum vicenarium. Sapienti sat erit, accepisse praecipuas. Sunt nimirum, qui cum ANTONIO DADINO ALTESERRA<sup>12)</sup>, capitulum nostrum solum ad Clericorum testamenta restringendum esse existimat, quia iure canonico in Ecclesiasticis personis et negotiis rigor iuris haud requiratur<sup>13)</sup>. Alii contra de relictis ad pias causas capitulum intelligunt, haecque vi eius in tertii arbitrium recte conferri posse autumant. In ista sententia versan-  
tur EHRNR. PERHING.<sup>14)</sup> uterque BOEHMERVS, Justus nimirum Henningsius<sup>15)</sup>, et

Georgi-

6) GONZALEZ legit volunti.

7) GONZALEZ, qui in voluntate et dispositione  
alterius suam committunt ultimam voluntatem.

8) GONZALEZ, et. 9) GONZALEZ  
legit, alterius dispositioni committit.

10) in Tractat. de cautelis testemtor. Cap.  
XVI. §. 27. pag. 589 et in Usu Mod. Pandect.  
lib. XXVIII. Tit. V. §. 11. pag. 778.

11) in Dis. de legato heredis in arbitrium  
collato. §. 15.

12) in Innocentio III. P. M. seu Commentarie  
perpetuo in singulas Decretales huiuscemodi  
quae per libros V. Decretalium sparsae sunt. (Lutet.  
Parisior. 1666. fol.) Lib. III. Tit. 26. p. 432.

13) c. I. X. de dolo et consumac.  
14) in Iure Canon. nov. method. explic. tit.  
de restam. Seſt. I. §. 24.

15) Iur. Eccles. Protestant. Tom. II. lib. III.  
Tit. 26. §. 50.

F

*Georgius Ludovicus*, filius<sup>16</sup>), aliisque. Nec desunt etiam, qui cum **INNOCENTIO**, illo felicet Decretalium interprete, cui hac quidem in re fere omnes subscribunt antiquiores<sup>17</sup>), opinentur, testamentum, in quo testator voluntatem suam alienae dispositioni commisit, iure canonico eatenus sustineri, ut hic tertius tacite quasi intelligatur heres institutus sub lege, bona defuncti inter pauperes, vel in alios pios usus distribuendi. Sed manum de tabula; plures si cuius interest scire eiusmodi interpretationes, is audeat, si placet, **GONZALEZIVM**<sup>18</sup>), et Celeb. **CHRISTOPH. FRIDERIC. HARPPRECHTVM**<sup>19</sup>), qui contra hos omnes egregie iam dixit, eorumque explosit interpretationes, licet ne ipse quidem, ut supradicta in praefatione *Commentationis nostrae praemonimus*, omnes penitus exemerit dubitationes. His praemissis novum faciamus periculum, utrum capitulo nostro, quidquid ei adhuc desit luminis, ex antiquitate Ecclesiastica adspergi, atque germana Pontificis sententia erui possit.

§. 15.

*Florum sparsio ad cap. XIII. inscriptionem.*

Quod dudum est ab eruditis viris animadversum, scilicet iuris canonici corpus in plerisque apprime convenire cum corpore *Juris Civilis*, illud in eo quoque vel maxime cernitur, quod legibus utriusque Corporis adpositae sint inscriptiones, quae, vel unde decerpcta illae sint a Compilatoribus, vel a quibus sint conditae legislatoribus, vel ad quas illae personas directae missaeque sint, et alia indicant. Cum vero tanta sit inscriptionum in iure civili interpretando utilitas, quantam vix queo dicere<sup>20</sup>); ego profecto eandem si nostris in iure canonico inscriptionibus tribuendam esse negem; quam id recte faciam, viderint alii; sed certe mentiar<sup>21</sup>). Quam quidem ob rem haud supervacanei credo fore operis, si, quod faciunt ii, qui ad legem civilem interpretandam animum appellunt, ut primum de inscriptione legis videant; idem et mihi faciendum censem, capitulo aliquod iuris canonici explicaturo, ut scilicet ante omnia de ipsa capituli huius inscriptione dispiciam. Est autem illa, prout in vulgata lectione corporis nostri iuris canonici exhibetur, IN-

**NOCENTIVS**

16) *Princip. iuris canon.* §. 615. n. 4.

17) *COVARUVIAS A LEYVA ad c. 13. X. de testam. et ult. vol. Observationes. Tübinger 1749.*

20) Cognita sunt satis hoc in genere **HENR. BRENCMANNI** et **BERN. HENR. REINOLDE** scripta, quibus accedit **ECKHARDVS** in *Hermeneut. iuris lib. I. cap. V.* cum notis **WALCHI**.

18) *Commentar. in Decretal. Tom. III. tit. XXVI. ad cap. 13. nostrum n. 12. f. p. 454 sq.*

19) De eo, qui extremam voluntatem in alterius dispositionem commisit, sive ad **Innocentii III.**

21) De utilitate inscriptionum iuris canonici agam in *Præcognitis iuris canonici*, quae proptermodum prodibunt foras,

*P. R. cap. XIII. X. de testam. et ult. vol. Observationes. Tübinger 1749.*

**NOCENTIVS III. Altissiodoren. Episcopo**; paucis literulis mutatis in *Baluziana collectione* legitur, *Altissiodoren. Episcopo*. Editiones vero Pithoeana et Boehmeriana addunt et annum, sed, ut supra monuimus, diversimode. Secundum istam igitur inscriptionem ita plene restitutam, habes I, *auctorem capituli*, II, *locum et civitatem*, ad cuius *Episcopum rescriptum*, et III, *annum*, hunc tamen incertum, cum discrepent inter se Pithoeana et Boehmeriana editio. Nos cognoscamus, quem brevissime possumus, de singulis. Nostra itaque inscriptione primum auctorem indicat **INNOCENTIVM III.** quem unum scimus inter Pontifices tot inclariisse decretalibus epistolis et quidem maximi omnino momenti, ut **ANTONIVS DADINVS ALTESERRA** recte eum nuncupaverit *Jurisconsultorum Pontificem*, et *Pontificum Jurisconsultissimum*. Fuit is, patria Anagninus, patre Trasimundo, ex nobili genere Comitum Signiae oriundus, et *Lotharius* antea vocatus<sup>22</sup>). Primum Romae, deinde Parisiis, tandem Bononiae scholasticis insudavit studiis, atque doctrina et moribus ita excelluit inter suos aequales, ut primum a Coelestino in numerum Cardinalium relatus, eoque mortuo in eius locum omnium consensu Pontifex suffectus sit. Celebrata est eius electio sexto Iduum Januarii anno incarnationis dominice millesimo centesimo nonagesimo septimo<sup>23</sup>). Sedit annis XXII. mensibus VI. et novem diebus, obiisque *Perusi* d. XVI. Jul. anni 1256. Si characterem Viri postulas, habeto, quod laudetur ab his, culpetur ab illis. Vtrumque non sine ratione. Fuit omnino vir et ingenio et eruditione praestans; in eo omnium est fama consentiens; sed tamen, ut *CAVEVS*<sup>24</sup>) memorat, et gesta eius testantur, immodice superbus, ingentis animi, qui dominandi libidine totus prurivit, in Imperatores, Reges et Principes quoscunque arrogantia plane intolerabili, praeterea, ut **MATTHAEVS PARIS**, fatus notus ille scriptor, ad annum 1213. adnotat, *pecuniae sitior insatiabilis*, et *ad omnia scelera pro praemissis datis vel promissis cereus et proclivis*. Haec tenus de auctore capituli nostri. Progredimur ad reliqua memorabilia, quae inscriptione capituli nostri habet. Indicat illa porro, ad quem rescriperit Pontifex. Etenim *Altissiodoren. Episcopo* inscriptum videmus nostrum hoc capitulum. Observavi,

F. 2

solere  
22) Ampliorem vitæ huius Pontificis descriptionem exhibent **ODORIC RAYNALDVUS** in *Annal. Ecclesiast.* Tom. XIII. p. 1. sqq. **ALPHONS. CIACONIUS** *Vit. et reb. gest. Pontific.* Tom. II. (Rom. 1677.) pag. 1. sqq. et **PLATINA** *de vita et gestis Summor. Pontific.* (an. 1645. 12. sine more computandum esse ab ANONYMO, de quo computandū modo confit **HALTAVSIVM** in *Calendari. mediī avi* pag. 20. sqq.)

23) In hiskof. litterar. scriptor. ecclesiastico. Vol. II. pag. 256. edit. noviss. et locupletiss. Basiliæ 1741. fol.

solere Pontifices in hisce inscriptionibus eos, ad quos rescribunt, semper in casu tertio adloqui; idem et Imperatoribus Romanis usu quidem venit, quos tamen interdum etiam in casti quarto in inscriptionibus videmus alloqui eos, ad quos rescribunt<sup>25)</sup>. Sed revertamur ad nostrum Episcopum. Est igitur ille *Altissiodorensis*, seu ut Baluziana habet collectio, *Autissodorenſis*. Cognoscamus primum de illa civitate, unde nomen Episcopo nostro inditum, inde de ipso quaeramus Episcopo. Civitas, in qua sedet noster Episcopus, est *Altissiodorum*, seu *Autissiodorum*, antiquissimum plene, et sat celebre Galliae oppidum, ad Icaunam fluvium (sur la riviere d'Yonne) situm, Burgundiae pars, olim *Autricus*, hodie vero *Auxerre* Gallis dictum. Est vero Altissiodorum hoc urbs episcopal, cuius Episcopus suffraganeus est Archiepiscopi Senonensis (*de Sens*), et praefectio dioecesi, quae cccxxxviii. parochias complectitur<sup>26)</sup>. Ad huius urbis Episcopum itaque capitulum nostrum directum est, sed quisnam ille fuerit, cuius consultationi in hoc nostro capitulo respondit INNOCENTIVS, haud praefert inscriptio. Explenda est igitur ista lacuna ex historia illorum temporum ecclesiastica. Nec defunt, quae defectum supplent, historiarum monumenta. Extat nimur in Tomo lmo novae Bibliothecae manuscript. librorum, quae opera et studio PHILIPPI LABBE, Biturici, societ. Jesu Presbyteri, publicata est Parisiis 1657. Tomis II. in folio, extat, inquam, cit. Tomo I. pag. 409. *Historia Autissiodorenſum Episcoporum*<sup>27)</sup>, in qua cap. LVIII. et cap. LIX. duo memorantur ac copiose describuntur Episcopi, qui sub INNOCENTIO III. R. P. Ecclesiam Autissiodorensem successive rexerunt. Prior est HUGO DE NOERTIS, qui genere, litteris, facundia praeclarus, sed animi magnitudine praeclarior, ex Thesaurario assumptus est in Episcopum anno D. circiter MCLXXXIII. et Romae obiit anno Domini MCCVI. Acquisivit ille Ecclesiae suae decimas et domum Episcopalem de Colengiis, nec non decima Varziaci eandem ditavit. Quodsi iam annus 1204. in editione Boehmeriana capitulo nostro praefixus, recte sece haberet, haberemus ita Episcopum eundem, ad quem INNOCENTIVS III. rescripsit, Autissiodorensem. Sed animus pendet, et non parum distrahitur, cum cogito, fratres PITHOES pro illo adscriptisse annum 1212. quos et Boehmerus postea sequitur in inscriptione cap. 18. X. de Verb. Significat. quae pars est capituli nostri. Igitur probabilius videtur, quod etiam GON-

ZALEZIVS

25) Exempla colligit ECKHARDVS in *Hermetica iuris* §. CCXXII.

26) Conf. MARTIN. ZEILLERV in *topographia Galliae* Erstl 1656. GONZALEZ TELLEZ in *Commentar. ad cap. I. X. de postular. praelator. de MOLEON* voyag. liturgiques de France, Paris.

1718. p. 157. Collectio *Duchesniana* Tomo I. et Büsching in der neuen Erdbeschreibung Th. II. pag. 419.

27) FRATRV SAMMAR THANORVM *Galliam Christianam* Parisiis 1716. sqq. fol. inspicere haud contigit.

ZALEZIVS animadvertisit, scilicet Episcopum, ad quem Pontifex rescripsit, esse alterum illum, qui sub INNOCENTIO quoque tertio ecclesiae autissiodoreni praefuit. Est is GVILLEMVS DE CASTRO SCILLIGNIACO, ut ab auctore Anonymo *historiae Episcoporum Autissiodorenſum* cap. 59. penes LABBEVM pag. 479. appellatur, qui de gestis eius multas paginas implevit. Ut saltim quaedam memorabilia ex eius vita decerpamus, natales sortitus est GVILLEMVS ille in territorio Autissiodoreni, Castro nimur Scilligniaco, (al. Seliniaco), unde et cognomen ei inditum, patre Buchardo, viro militari, et castri eiusdem domino, e nobili genere S. Bernhardi Claraevallensis Abbatis, procreatus. Omnibus litterarum studiis bene imbutus, in primis vero in Juris Canonici scientia sic provectus, ut Jurisconsultus non immerito haberetur, in Ecclesia Senonensi Cathedrali Thesaurarium et Archidiaconatum Pruviniensem; in Autissiodoreni vero adeptus est Decanatum, ad quem absens et in remotis agens regionibus studendi causa a Canonicis Ecclesiae concorditer est electus. Ab omni ambitione procul, cum pridem et Archiepiscopatum Senonensem et Nivernensem Episcopatum singulari modestia recusavisset, praefato Autissiodoreni Episcopo HVGONE rebus humanis exempto, omnium consensu ei datum est ecclesiae istius regimen, quod idem etiam suscepit. Electione igitur celebrata de ipso sexta feria post purificationem B. Mariae anno Domini MCCVI. et per confirmationem Archiepiscopi approbata, nec non per consecrationem ipsius consummata, ipso adhuc consecrationis die impetravit a PHILIPPO rege Christiano, ut non solum, quae decadente Hugone Episcopo Rex occupaverat regalia, sine difficultate ab eo reciperet, sed etiam, data non modica pecuniae quantitate, ipsam Ecclesiae suae ab onere regaliae<sup>28)</sup> immunitatem per privilegium a Rege aquireret, cuius sequentem tenorem praeditus Autor Anonymus *historiae* suae inferuit<sup>29)</sup>. In nomine Sanctae et individuae Trinitatis Amen. Philipus Dei gratia Francorum Rex, neverint universi, praefentes pariter et futuri, quod nos intuitu divinae pietatis et ob remedium animae nostrae, et parentum nostrorum, damus et concedimus in perpetuum Ecclesiae Autissiodorenſe quidquid iuris habebamus in Regalibus fede vacante. Itaque Decanus et Capitulum eiusdem Ecclesiae custodient Regalia fede vacante, et omnes proventus, qui exinde procedent, et praebendas, si quas interim vacare contigerit, ad opus Episcopi, salvo servitio nostro, equitationis nostrae, exercitus, et submunitionis, sicut

F 3

Episco-

28) Constat, ius Imperantium redditus va-  
cantis praelatureae sibi vindicandi, iuris Rega-  
liarum nomine venire, quod olim in Germania,  
et hodie in Gallia adhuc obtinet, vid. PINSSON  
*Traité de Regales ou des Droits du Roi sur les*  
Benefices Ecclesiastiques Parif. 1688. Vol. II.  
G. L. BOEHMER, *Princ. iur. canon.* §. 507.  
not. b.

29) Tom. I. Bibl. nov. MS. a Labbe editae  
pag. 484.

Episcopi Autissiodorenses nobis fecerunt. Quod ut perpetuum robur obtineat sigilli nostri autoritate et regii nominis charactere inferius annotato praesentem paginam confirmamus. Aetum Parisis anno Domini MCCVI. &c. Sed et praeterea adhuc GUILIELMI curis multa debet Ecclesia Autissiodorensis, quam et in spiritualibus et in temporalibus mirifice auxit. Etenim non solum in Cathedrali Ecclesia praeter alia, quae ibi provide fecit, et liberaliter contulit, Lesteriam et Succentoriam, per quas totum in legendō cantandove servitium dispensatur, nec non et scholastriam, quarum antea ita tenues erant proventus, et exiles, ut aegre inveniretur, qui onus reciperet sine fructu, iure conferendi sibi suisque successoribus Episcopis retento, de Capitali assensu, gratis redditibus ampliavit, ipsamque Ecclesiam suam, squallore et senio laborantem, suis sumtibus noviter exfruendam curavit, magnoque operē ornavit; sed etiam ad cultus divini ampliationem in castris Episcopalibus, Apponiae videlicet, Tociaco, et Conada Canonicos instituit et Praebendas, praeter alia, quae ad hoc contulit, Parochiales Ecclesias cum suis proventibus eisdem deputans et assignans. Omitto alia, quae in Dioecesis suae utilitatem liberaliter pieque contulit, quae in *historia saepius memorata Episcoporum autissiodorenserum multis verbis referuntur.* Vnde vel privilegium impetrasse dicunt ab INNOCENTIO III. nostrum hunc *Guillelmum*, ut de Clericorum, si quos intestatos deceperit, bonis libere disponeret, quo ita tot expensis in Ecclesiarum constructiones atque dotes factis consulere posset, bona clericorum ab intestato defunctorum pie et utiliter sic impendendo. GUILLEMVS autem, cum annos prope quatuordecim tam strenue episcopatum Autissiodorensis rexisset, translatus est dein, invitus quidem, ad Cathedram Parisensem, et HONORII III. R. P. iussu ecclesiae illius administrationem suscepit. Sedit Parisiis circiter tres annos et diuidium fere, et mortuus est in Feste B. Clementis anno MCCXXIII. Habes de GUILLEMO de Castro Scilligniaco, Altissiodorensi Episcopo, ad quem quidem eundem rescriptisse INNOCENTIVM, magna veritatis specie credere licet.

Tandem de anno, quo scripta est INNOCENTII epistola, vix est, quod addam, cum certo definiri nequeat. In *Baluziana* enim collectione Epistolae nostrae annus non adscriptus est, et quantum Pithoeana et Boehmeriana Decretalium editio differunt inter se, supra cognovimus. Tacent et Codices, tacent, quotquot hucusque extant, corporis iuris canonici editiones, ut fere omnis interclusa videatur via ad veritatem huius rei inveniendam. Interim, si quid conjecturae dandum est, probabilior, ut et frequentior, videtur Pithoeorum lectio, qui annum 1212. nominant, si scilicet, quod verosimile videtur, assumimus, episcopum, ad quem

re-

rescriptū Pontifex, esse GUILLEMVM illum, quem quippe praefulatum suum anno demum MCCVI. ingressum esse, accepimus.

### §. 16.

*Historia capituli XIII. tum ex integra INNOCENTII III. epistola tum ex historia istorum temporum ecclesiastica exponitur.*

Recte omnino et eleganter summus iuris canonici interpres ZEG. BERN. VAN ESPEN<sup>30)</sup> scripsit: *cum decretales magnam partem desumptae sint ex epistolis Romanorum Pontificum, signanter Alexandri III. Innocentii III. et Honorii III., quibus interrogati responderunt ad difficultates et quaestiones sibi propositas, nemini dubium esse potest, quin consequendo decretalis sensu admodum conveniens sit, statum controversiae, omnibusque eius circumstantias eiusque occasionem novisse. Haec vero cum interdum neque ex decretali neque ex integra Pontificis epistola haberi queant, sed ex historicis illius temporis haurienda sint, recte monetur, pro consummata iuris canonici scientia historiarum ecclesiastarum, praecepsit occidentalium notitiam esse pene necessariam. Igitur huic monito satisfacturus mearum esse partium video, ut ipsum, quoad fieri potest, controversiae statum, qui nostrae Epistolae causam praebuit, tum ex integra Pontificis epistola, tum ex illorum temporum monumentis exponam. Ex quo luculenter apparebit, quam lepide scripserit, quisquis fuerit interpres ille, qui summam nostro capitulo adspersit: Tenet testamentum, si quis extremam voluntatem suam alterius dispositioni committit, et dicitur testatus ad pias causas.*

Vt igitur ad rem ipsam progrediamur, illud primum, quod ex integra Pontificis epistola, qualiter ea a BALVZIO restituta est, potest intelligi, praemonendum videtur, scilicet capitulum nostrum continere interpretationem privilegii cuiusdam et indulti Papalis authenticam, quod obtinuerat Altissiodorensis Episcopus. Quod quidem quale fit, Baluziana quoque docet Epistola. Indultum scilicet ex benignitate Sedis Apostolicae fuerat huic Episcopo, ut, si Clerici suae Dioecesis ab intestato deceperint, nemo nisi ipse succederet in bona ab iis relicta, et in sua solum potestate esset, libere de iisdem disponendi, eaque pro suo arbitrio erogandi in bonos usus. Vim huius privilegii vix perspicies, nisi de successione in bona clericorum, qualis eo tempore fuerit, ex antiquitate ecclesiastica heic quaedam delibemus<sup>31).</sup>

Nimi-

30) *Tractat. hist. can. exhibens scholia in canones Concilior. P. X. cap. I. §. 7. p. 189. sq.*

31) *Conferas hic velim Lvov. THOMASSINVM de veteri et nova Ecclesiae disciplina circa Beneficia et Beneficiarios (Lucee 1728. fol.) Part. III. Lib. II. c. 38-49. Inst. HENNING. BOHEMERVM in Disse de successione in bona clericorum singulari Halae 1716. rec. 1739. et GEORG. CHRISTOPH. NELLER.*

Nimirum licet Clericis eo tempore haud defuerit de bonis suis; etiam per Ecclesiam acquisitis, testandi facultas, quinimo haec libertas Clero in primis Gallicano variis Conciliis<sup>32)</sup> contra laicorum calumnias ac tergiversationes adserta fuerit et solemniter confirmata, si modo quoad acquaestum ecclesiasticum, quem *peculum Clerici* vocant, in Ecclesiae sua favorem, aut ad pias saltem causas testarentur<sup>33)</sup>;

tamen,

**NELLERVM** in tribus Dissertationibus I) de Episcoporum testamentificatione activa, eorumque testamentis sancte ordinandis. Treviris 1761. II) de clericorum saecularium testamentificatione activa, eorumque testamentis rite ordinandis. Ib. eodem III) de testamento clerici Trevirensis. Ib. eodem, Extant in ANT. SCHMIDT *Thebauro Iur. Eccles.* Tom. VI. Num. IX. X. XI. p. 382-440.

32) Huc pertinent Decreta Concilii Lugdunensis II. de anno 567. can. 2. Parisiensis V. can. 10. et Roromagensis anni 1189. Concilii Lugdunensis sanctio haec est: *Quia multae tergiversationes infidelium ecclastiarum querunt privare collatis donariis, id convenit inviolabiliter observari, ut testamenta, quae Episcopi, Presbyteri, seu inferioris ordinis Clerici conficerint, quibus aliquid Ecclesiae, aut quibuscumque conferry viuantur, omni stabilitate constanter. Id specialiter statuentes, ut etiam quorundamque religiosorum voluntas, aut necessitate aut simplicitate aliquid a saecularium legum ordine videatur discrepare, voluntas tamen defunctorum debeat inconcussa manere, et in omnibus Deo proprio custodiri.* Canones huius Concilii exhibet LE COINTE in *Annualibus Eccles. Francor.* Tom. II. p. 86, Conf. quoque THOMASSIN. c. l. cap. 41. §. 3. et 4. pag. 398. Concilium vero Roromagensis anni 1189. idem statuit, ut testamentum Clericorum inviolabiliter observetur; et ut bona Clericorum, qui intestati decadunt, per manus Episcoporum in bonos usus distribuantur. Memorat illud THOMASSIN. c. l. cap. 47. §. 2. pag. 414. Vide etiam ADELONI Episcopi Hildesheimensis, *Constitutionem super testamentis Canonorum*, de anno 1179. quam exhibet G. L. BOEHMERVS in *Observe. iur. can. inter Documenta* pag. 133. Ibidem etiam varia ipsa inventies Clericorum illius sevi testamento.

33) ALEXANDER III. in cap. 12. X. de testam. Clericorum, per Ecclesiam acquisita, de iure in aliis pro morientis arbitrio transferri non possint.

*Consuetudinis tamen non est improbandae, ut de his pauperibus, religiosis locis, et illis, qui viventi servierant, sive sint consanguinei, sive alii, aliqua iuxta servitii meritum conferantur. Simile quid legitur in Constitutionibus Synodis Odonis de Siliaco Episcopi Parisiensis, quas memorat THOMASSIN c. l. cap. 47. §. 5. pag. 415. Similiter praecepitur Presbyteris, quod immobilia de bonis Ecclesiae acquisita, Ecclesiae suis tantummodo legentur. Nam de iure aliud facere non possunt. De mobilibus vero suis rationabile faciant legatum.* Vid. M. ANT. DE DOMINIS de Republica Ecclesiastica lib. IX. cap. 12. Origines huius consuetudinis, quam non improbandam censet ALEXANDER III. cit. cap. 12. X. de testam. ut in Constitutione Concilii Lateranensis III. de anno 1179. contraria videatur, qua scilicet Clericis in universum denegatur omnis super bonis, per Ecclesiam acquisitus, testamenta factio, etiam si vellent ad usus ecclesiasticos disponere, ut videtur licet ex cap. 7. 8. et 9. X. de testametis, — inde repetenda sunt. Cum Episcopi clericorum reliqua post obitum eorum sibi vindicarent, ut mox videbimus, et quidem ad eum finem, ut ea secundum Canonum praescripta in pios erogarent usus, hi a suis Praefulibus crebra efflagitabant privilegia, quibus ipsi simet indulgebatur, pios, quibus res suas post fata applicari vellent, determinare usus: iis haud difficultiter iterato concessis, denum factum est, ut et sine illis praesedit modo testari praelumferint, et contra se ponentibus Episcopis, ad consuetudinem provocaverint, quam etiam ALEXANDER III. in cap. 12. ciz. in tantum tollerandum pronunciavit, ut ex mobilibus pauperibus, religiosis locis, et illis, qui viventi servierant, aliqua iuxta servitii meritum conferre valde possent. Vid. Doctiss. FRANC. ANT. DÜRR diff. de manufidelibus. Cap. II. §. V. not. w. et NELLERVM in Diff. de Cleric. saecular. testamentisact. §. XVI. sqq. et IDEM de testam. clerici Trevir. P.I. §. 7.

49

tamen, si nihil vivi de bonis suis statuissent clerici, ex constanti Patrum sententia Ecclesia, cui deservierant, ab intestato eis succedebat<sup>34)</sup>.

Episcopi vero, utpote quibus administratio omnis facultatum ecclesiasticorum<sup>35)</sup>, ac praeterea ius competit vacanta conferendi beneficia, huiusque intuita deportus<sup>36)</sup> non minus, quam et ex possessionibus Ecclesiasticis parta ad communem mensam et Cathedralem Ecclesiam revocandi; Episcopi, inquam, sese nomine Ecclesiae intelligi existimabant, bonaque Clericorum, quaecunque fuerant, ab intestato decedentium, sibi vindicabant<sup>37)</sup>. Supponebant enim, in dubio credendum esse, supellecitem aliaque mobilia, quae Clerici reliquerant, ex bonis ecclesiae profecta esse, hinc illa ad ius ecclesiae pertinere, ad camque reverti debere<sup>38)</sup>. *Ius spoliis* hoc posteri vocarunt, quod mox plura spolia genuit. Cum enim Clericorum successores agnati, nulla patrimonialium ab iis, quae per Ecclesiam acquisita ad eam devolvenda erant, bonorum separatione facta, haud leve senserint, aut se sensisse ventilassent damnum, non raro contigit, ut ii, praeve-

niendo.  
34) CONCIL. TOLETAN. IX. c. 4. anni 655. peres GRATIANVM C. XII. qu. 3. c. 2. CONCIL. PICTAV. c. 1. X. de praebend. GREGOR. IX. c. 1. X. de testam. CONCIL. LATERANENSE c. 7. X. cod. et CONCIL. ALTHEIMENSE in cap. 1. X. de success. ab intest. Ex legum civilius praescripto hereditas intestat Clerici, non nisi deficientibus cognatis, ad Ecclesiam devolvitur. L. 20. et Auth. Licentiam. §. item si quis. 1. Cod. de Episcop. et Clericis. Nov. 131. cap. 13. Capitular. addit. 3. cap. 31. Si quicunque ex gradu ecclesiastico sine testamento et sine cognatione deciderit, hereditas eius ad Ecclesiam, ubi servivit, devolvatur. Similiter de SanElmonalibus. Ex ista legum civilius sanctione sine dubio originem suam dicit can. 7. Can. XII. quæst. 5. qui falso adscriptus est CONCILIO TRIBVRIENSIS; scaturirem hecisse erroris felicitate detextit Doctissimus CAR. SEBAUT. BERARDVS in aeterno opere, quod inscribitur: *Gratianus canonos genuini ab apocryphis discreti, corrupti ad concordatorum Codicum fidem exalti, difficiliores commoda interpretatione illustrati. Part. I. cap. 59. pag. 425.* (edit. Vener. 1777. 4.)

35) Can. 40. et 41. Apostol. CONCIL. ANTICCH. de 341. c. 24. et 25. penes GRATIAN. Can. XII. quæst. 1. can. 22. 23. 24. ESPEN in Iur. Eccles. Tom. I. p. 2. tit. 22. cap. 6. §. 5.

36) *Deportuum nomine* veniunt Parochiarum vacantium reditus; de quibus conf. THOMASSIN. de vet. et nov. Eccl. discip. P. III. lib. II. c. 37. VAN ESPEN in Iure Eccl. univ. P. II. tit. 36. cap. 1. §. 20. BOEHMER I. E. Protest. Tom. I. lib. I. tit. 6. §. 67.

37) Huic rapinae species et color appingebatur ex necessitate revocandorum quasi in primaeum suum fontem rivulorum, cum a Cathedrali Ecclesia securissem exterrit omnes. Quapropter cum occidisset, ut Ecclesia sic evanesceret reliqua fuerint, malo huic iam anno 615. CONCILIVM PARISIENSE V. c. 8. obicem ponere studuit. *Comperimus denique cupiditatis instinctu, deficiente Abbatem vel Presbytero, vel his, qui per titulos deferunt, praefidium quodcumque in mortis tempore dereliquerint, ab Episcopo, vel Archidiacono diripi, et quasi sub angustiis Ecclesiae, vel Episcopi in iussum Ecclesiae revocari, et Ecclesiam Dei per pravae cupiditatis expolitam relinqui.* Statuimus obserendum, ut n. que Episcopus, aut Archidiaconus exinde aliquid auferre præsumat; sed in loco, ubi moriens hoc dereliquerit, perpetualliter debeat manere.

38) ESPENIUS Iur. Eccl. P. II. tit. 33. c. 8. §. 11.

niendo in eorum substantiam integrum involarint, eamque sibi abstulerint. Neque etiam defuit pleborum pauperumque turba rapax, quae non tantum in clericorum exanimorum, sed in extremis quoque adhuc constitutorum aedes irrueret, easque expilaret<sup>39).</sup> Quin immo tanta tunc omnium animos incesserat clericorum reliqua spoliandi cupido; ut ipsi Reges, Duces, Comites et Ecclesiarum advocati, quorum fuisset, contra has pravas depraedationes Ecclesiarum, eorumque, qui illis adscripti erant, custodire facultates<sup>40)</sup>, nullo anathematis fulmine perterriti<sup>41)</sup>, ex defensoribus ipsimet in depraedatores degenerarent. Diutinae, quae hinc oriebantur, et non semel cruentae eorum, qui huic praedae inhibabant, concertationes effecerunt, ut Praesulum nonnulli ius in reliquum ab intestato Clericorum peculium succedendi contra Saecularium spoliationes a Sede Apostolica sibi acquirerent<sup>42)</sup>. Neque etiam difficiles se praebebant Pontifices in concedendis eiusmodi privilegiis, quia animadvertebant, non aliter posse his laicorum depraedationibus modum finemque ponit, nisi caducis his successionibus ad potestate Episcopi revocatis<sup>43)</sup>. Et eandem quoque ob rem variis Conciliis particularibus<sup>44)</sup> Episcopis haecce potestas eodem tempore stabilita fuit, ut Clericorum bona, qui intestati deceperint, per manus eorum in bonos distribuantur usus. Satius tamen semper duxerunt Episcopi, praesidium sibi accersere Sedis Apostolicae, ad clericorum intestatorum successiones adeundas; partim ut eo a laicorum spoliationibus magis tuti praefarentur, rixaeque evitarentur, aut saltim brevius sponeri lites possent; partim ut in sua solum potestate et arbitrio haberent Clericorum res, ab intestato decedentium, in primis etiam Canonicorum, quorum reliqua ab intestato bona alias ob declarationem ALEXANDRI III. toti collegio, non soli Episcopo obvertura fuissent<sup>45).</sup>

Tale

39) THOMASSINUS de vet. et nov. Ecclesiae discip. P. III Lib. II. c. 52 - 56.

40) SYNOD. MUGUNTIN. anni 813. in Claustro Basiliæ S. Albani celebrata can. 50. in HARVINI Actis Concil. Tom. IV. pag. 1007.

41) CONCIL. CLAROMONTANVM anno 1095. Arvernus in Gallia praesidente VERSANO Papa habitum penes GRATIANUM can. 47. Caus. XII. quæst. 2. CONCIL. LATERANENSE II. sub INNOCENTIO II. an. 1139. Romæ habitum, apud GRATIANUM loc. c. can. 47.

42) THOMASSIN. Part. III. Lib. II. cap. 47. §. 8. in fine pag. 417. BONIFACIUS VIII. cap. 9. de officio ordinarii in 6to. et THOMASSINUS c. I. cap. 56. §. 2. pag. 446. Conf. quoque NELLERUS

in Diff. de Clericor. saecular. testamentis. §. XVII.

43) THOMASSIN c. I. cap. 56. §. 3. pag. 446.

44) CONCIL. ROTOMAGENSE de anno 1189. SYNOD. VORCESTRENSIS de anno 1270. can. 37. De his, qui deceperint intestati, sic duximus ordinandum, ut de decimis et omnibus bonis eorum, quae tempore mortis inventa fuerint, disponat Episcopus, secundum quod viderit expedire; convertens ea in solutionem debitorum defunctorum, si qua fuerint, et alios pios usus, secundum quod pie videris faciendum:

45) cap. 12. X. de testam. „Nomine autem Ecclesiae non solum episcopus, vel successor Clerici morientis, ubi est collegium clericorum, sed

com-

Tale igitur alios inter<sup>46)</sup> et Altissiodorensum Antistes privilegium contra spoliatores impetraverat<sup>47)</sup>, ut ordinatio rerum Clericorum suae scil. dioecesis, ab intestato decedentium, libere in sua potestate ac dispositione permanereret, quod etiam ius Spoli alii<sup>48)</sup> nuncuparunt. An illud ab INNOCENTIO III. evicerit Episcopus, dubii aliquid habere videtur ob verba Epistolæ generatim concepta; cum tibi de benignitate s. dis apostolicæ sit indultum &c. potuit et Antecessor Pontifex antecessori Episcopo iam idem dedisse, ut observat celeb. HARPPRECHTVS<sup>49)</sup>. Baluziana saltim epistola illud plane haud infert. Fortitan scripturus fuisset Pontifex; cum tibi de benignitate Sedis nostræ &c. si ipse Episcopo privilegium illud concessisset. Interim tamen GONZALEZIVS<sup>50)</sup>, et THOMASSINVS<sup>51)</sup>, quorum et ALTESERRA<sup>52)</sup> inclinare videtur, pro certo ponunt, ipsum INNOCENTIVM III. nominatum Guillelmo de Sillignaco id dedisse privilegii, ut de clericorum intestatorum bonis libere disponere posset, quod etiam probabile videtur. Sed haec subtilia facessant, quia ad intellectum epistolæ nostræ nihil conferunt. Altioris indaginis quaestio est, utrum privilegium Episcopi solum pertinuerit ad aquæcum Clericorum intestatorum ecclesiasticum, i. e. ad bona, quae per ecclesiam sunt adepti, seu quae consideratione

G 2

Eccle-

communis congregatio intelligitur, quae rerum illarum debet canonican distributionem et curam habere. Caeterorum quidem Clericorum, qui scilicet collegium haud formabant, ministrum Parochorum intestatorum bona iam de iure communis dispositioni Episcopi subiecta erant, ut ex Conciliis ante memoratis intelligitur, quibus addendum CONCIL. CLAROMONTAN. anni 1095. penes GRATIANUM c. 46 Caus. XII. qu. 2. et idem etiam observavit BOEHMERUS in lur. Eccles. Prost. Tom. II. L. III. Tit. 26. §. 50. n. 2. Sed circumferenda erat ordinatio Episcopi circa tale Pontificis indultum, et ad canonicam illam distributionem alligata, cuius mentionem facit ALEXANDER cit. cap. 12. Hocce canonica distributione in eo consistebat, ut intestati parochi successio in partes scinderetur quarum; quarum una Episcopo, altera Ecclesiae, tercia pauperibus, quarta cognatis, si qui essent, debebatur, sin deficerent idonei cognati, vacan. eorum portio accrescebat Episcopo, qui illam in ultimam Ecclesiae diligenter distribuere debebat. cap. 2. X. de succ. ab intest. De distributione hac rerum Ecclesiae temporalium in quatuor portiones egregie disputavit THOMASSIN. P. III. lib. II. c. 12 - 24.

46) Liceat hec solum commemorare REGVM Archiepiscopum Eboracensem, qui idem obtinuit privilegium ex ben. a. a. ALEXANDRI III. ut MATTHÆUS PARIS ad ann. 1181. refert: Eodem anno Rogerus Eboracenensis Archiepiscopus aëm clausit supremum XII. Kalendas Decembri, qui adhuc vivens a Papa Alexandro privilegium imperaverat, ut si Clericus sue iurisdictioni suppositus, agens in extremis testamentum non conficeret et propriis manibus bona sua moriens non distribueret, Archiepiscopus haberet facultatem iniiciendi manus in bona defuncti.

47) THOMASSIN. P. III. lib. II. cap. 47. §. 8. in fine pag. 417.

48) v. BOEHMER in Diff. de successione in bona clericor. Cap. II. §. 11.

49) in Diff. de eo, qui extrem. vol. in alt. disposit committit. §. 7. in fine.

50) ad cap. 13. X. de testam. Commentar. Tom. III. pag. 448. not. a.

51) de vet. et nova Ecc. discip. P. III. lib. II. c. 47. §. 8. in fin. pag. 417.

52) in Innocentio III. lib. III. tit. 26. ad cap. 13. pag. 432.

Ecclesiae perceperunt, ut ALEXANDER III. loquitur<sup>53)</sup>; an vero simul ad bona Clericorum patrimonialia, i. e. ea bona, quae, ut idem ALEXANDER III.<sup>54)</sup> declarat, paternae successionis vel cognationis intuitu, aut de artificio sunt adepti, seu dono consanguineorum, aut amicorum, non habito respectu ad Ecclesiam pervenerunt ad ipsos? GONZALEZIVS<sup>55)</sup> putat, privilegium Episcopo indultum unice intelligentum esse *de rebus Clericorum non patrimonialibus*, quia in patrimonialibus bonis Clerici heredes suos consanguineos et agnatos ab intestato habuissent, eamque in rem adducit cap. *cum in officiis 7. cap. ad haec 8. et cap. relatum 12. X. de testamento.* Sententiae huic subscribunt etiam J. H. BOEHMERVS<sup>56)</sup>, CHRISTOPH. FRID. HARPPRECHTVS<sup>57)</sup>, et quidquid fere recentiorum JCtorum est. Sed obstat I, quod ex verbis privilegii ipsius, prout ea iuxta Baluzianam Epistolam ab INNOCENTIO III. relata sunt, nulla restrictio talis appareat; II, quod adducta capitula solum de facultate testandi, quatenus ea Clericis iure Decretalium competit, loquantur; neutquam vero de successione ab intestato; III, quod sanctiones iuris canonici, quae de successione Ecclesiae in bona Clericorum intestatorum agunt, nullum statuant bonorum discrimen. Provoco ea de re ad CONCILIVM ALTHEIMENSE, ex quo desumunt est c. 1. X. de succ. ab intestat. ubi dicitur; *Sed hoc ibidem inventum est de Episcopis, Presbyteris et Clericis, ut si per hereditatem, vel alio modo intuitu personae aliquid acquisierint, donare eis licet, cui voluerint, dum vivunt. Si autem ante obierint, quam hoc fecerint, altari cui serviuunt, OMNIA perpetuo sanctificantur, et in ius Ecclesiae tradantur.* Jam vero Altissiodorensium Antistes vi privilegii sui successit in Ecclesiae locum. Dicto quidem capiti Rubrica et Glossa addidere clausulam, qua scilicet decretum illud ad Clericos astatutum, quibus nulli sunt proximi, et qui intestati obeunt: *Si decedat intestatus, et non habet consanguineos, succedit Ecclesia;* Sed, quod eleganter animadvertisit LVD. THOMASSINV<sup>58)</sup>, quantum etiam consentiat hoc additamentum iis temporibus, quibus et Rubricae et Glossae conscriptae sunt, tam immaniter tamen dissentit ab ipsius Canonis sententia, et ab usu eorum temporum et locorum, quibus conscriptus est, adeoque et a temporibus iis, quibus sub GREGORIO IX. libri ipsi Decretalium orbi Christiano promulgati sunt. Quod vero tale ius iis temporibus non in Germania, sed praecipue etiam in Gallia obtinuerit, eius rei testimonium praebet ineluctabile CONCILIVM ROTOMAGENSE anni 1189. huius tenoris: *Statuimus, ut testamentum Clericorum in-*

<sup>53)</sup> c. 8. et 9. X. de testamento.

<sup>54)</sup> c. 9. X. de testamento.

<sup>55)</sup> s. l. not. b. pag. 448.

<sup>56)</sup> Iur. Eccles. Protest. T. II. lib. III. tit. 26.

§. 50. pag. 1022.

<sup>57)</sup> cit. diff. §. XV. num. III. pag. 32.

<sup>58)</sup> P. III. lib. II. c. 47. §. 8. p. 417.

violabiliter observetur, et, ut bona Clericorum, qui intestati deceidunt, per manus Episcoporum in bonos usus distribuantur. Nullibi exprimitur, hereditariis an ecclesiasticis extrabus emerferit peculium Clericorum ab intestato reliatum. Obstat denique IV. communis eorum temporum doctrina, quod, quae in mobilibus intestatis superessent, ex bonis ecclesiasticis comparata esse viderentur, adeoque haec sine ulteriori inquisitione per canones deberent Ecclesiae; in quo tamen quantum laesi fuerint heredes ab intestato, lubenter equidem consiteor, et temporum istorum historia docet, quanta hinc inde contentione de intestatorum successionibus cytatum sit. Quam late interim patuerit Episcopi nostri privilegium, peragre tamen, ut in historia capituli nostri pergamus, illud tulerunt Canonici Cathedralis Ecclesiae, idque modis omnibus infringere concupiverunt. Igitur iactitarunt primum, se non comprehendi hoc privilegio; quasi nimurum privilegium, quod scriptum esset de Clericis, pertineret tantum ad minores Clericos, non ad Canonicos. Sed tergiversationi huic ipsimet dissidentes, aliud visum est iis superesse lectius remedium, quo se subducerent privilegio Episcopi. Scilicet moris fuit Ecclesiasticorum iis temporibus ubique recepti, ut ad reprimendam tum maxime grassantem expilatorum audaciam, qua et in testata Ecclesiasticorum bona involarent, amicos sibi non vulgari fiducia dignos eligerent, quorum curae demandabant, ut illi reliqua ipsorum post fata superstitis substantiae contra spoliatores et adversus quorumcunque ausus vindices et custodes existerent, atque non solum ultimas eorum, si quas ordinaverant, voluntates execuerentur, sed etiam, si forte subitae mortis incerta praeoccupatio extremae dispositionis facultatem ademisset, ea aequae, quae ab Ecclesiae, quam quae aliunde profecta sint, secundum statuta et consuetudines locorum fideliter pieque erogarent. Dicuntur isti in mediis aevi documentis vulgo *Manufideles*<sup>59)</sup>,

G 3

licet

<sup>59)</sup> CONCIL. COLONENSE de ab. 1266. can. 7. *Statuimus, ut nullus laicus, cuiuscunque dignitatis vel conditionis existat, de bonis Clericorum, sicut in vita, ita et in morte testamentum suum faciendi, et de rebus suis disponendi per se, vel per alios, quibus hoc commiserrit, liberam habeat facultatem.* Et illos, qui contra hoc statutum de bonis et rebus Clericorum decadentium auctu sacrilego se iniecerint, nisi sine IPSORVM CLERICORVM MANVIDELES, seu ultimorum executores voluntatum, ex nunc sententia excommunicatio[nis] innodamus. Etiam in aliis mediis aevi Diplomatibus antiquioribus, ut infra patet, hocce vocabulum iamiam occurrit. Doctissimus

FRANC. ANTON. DÜRR, qui, ut iam supra commemoravi, elegantissimam Dissertat. de manu-fideibus in specie Ecclesiasticorum cum Principiunum priuatorum in Germania. Moguntiae 1762. Cap. 1. §. 4. nominis Etymon iis explicat: a priscis, inquit, Germanorum ac Romanorum seculis sacra fidei judicialibus manus. SERVIUS ad Virgil. lib. 3. v. 607. CIR Noot probabil. lib. IV. c. 22. p. 103. Cumque ad nostra usque tempora in negotiis amictiae, in quibus turpe videbatur, de amici fide minus sollicitum esse, in fidelitatis pignus iuramentis loco omicis amico præchere solet; quemadmodum vero ab hacce manus stipulatione suum iuritus est mandata-

rius

licet subinde etiam testamentarii<sup>60</sup>), immo testatores et ordinatores<sup>61</sup>), alibi quoque gadiatores, seu gardiatores<sup>62</sup>) nuncupari soleant. Inventum istud Manufidelium constituendorum, utpote libertati Ecclesiasticae admodum favens, in primis etiam Canonicorum adoptaverant Collegia, quae scilicet invicem se se per statuta capitularia obstringebant, ut eorum quilibet suos quotannis Manufideles eligat, vel iam electos confirmet<sup>63</sup>). Eundem igitur hunc morem Canonici quoque Altissiodorenses inter se recipiebant, ut ita et contra ius spolii sui Episcopi se defenserent. Clerici itaque Altissiodorensis Ecclesiae; cum rerum post fata a se reliquarum ordinatio-

rius nomen, (HEINECCIR Academische Reden lib. 3. tis. 27. §. 953) ha s' vero aequa hand abesse exitimat, si et inde petatur Manufidelium etymon, quippe qui conventione primitus manualem deponendo fidem sunt constituti, ut eas propter audierint data quasi Manu fideles; id quod illustratum testamento PETRI Archi-Praefulsi Moguntini anno 1319. condito, penes GUDENUS in Cod. Diplom. Tom. III. Dipl. 133. pag. 179.

60) Vide Litteram OTTONIS episcopi Hilden. ducis Brunsuic. de iure executorum testamenti Canonicorum de ao 1279. penes BOEHMERUM in Observar. iur. can. p. 137. et IOANNIS MONIK Praepofici Tzevenensis et Bremensis testamentum de ao. 1397. penes eundem BOEHMERUM cit. Observ. pag. 146.

61) Hoc nomine veniunt in Testamento Erkhardi de Dernbach Canonici Wetzlarensis de Ao. 1278 quod extat in L. B. DE GUDENUS Cod. Diplomatic. Tom. I. Dipl. 354. pag. 769. Porro eadem restatorum appellatio occurrit in Ultima voluntate Hermanni, quam exhibet BOEHMERUS in Observar. iur. can. pag. 139. et in littera Ottonis Episc. Hilden. de ann. 1279. not. praecedente iam ex BOEHMERO memorata.

62) Us in CONCIL. AVENIONENS. Cap. 2. in HARDUIN. Act. Concilior. Tom. VII. pag. 655.

63) Celeberrim. DÜRR eit. Diff. Cap. II. §. VII. not. f. illustrum Capituli S. Petri Moguntini exemplum adducit, quod statutum tale condidit anno 1264. Ex quo. cum ad illustrandum nostrum cap. 13. X. de testam. mirum quantum faciat, nonnulla heic excerpisse invabit. In nomine Domini Amen Decanus, Scholasticus, Cantor, romique capitulum Ecclesiae S. Petri in Moguntia. De voluntate et consensu unanimi

inopinatis casibus et animarum nostrarum saluti propter libertatem Ecclesiasticam providere volentes, taliter ordinavimus arque statuimus, quod quilibet tam Prelatorum, quam Canonicorum Ecclesiae nostrae MANUFIDELES eligat, qui testamenti seu ordinationis rerum suarum, si quam fecerit, tum mobilium, quam immobilium executores existant. Si autem de rebus suis inter vivos vel morenos nihil disponuerit, et ita deceperit, idem MANUFIDELES de rebus eius disponant, secundum quod saluti anime sue sub periculo animarum suarum viderint expedire. — Haec autem ordinatio quolibet anno in quadraginta infra dominicam Invocavit, et festum Palmarum in Capitulo publicetur; Ita si quis testamentum, si quod fecerit, vel MANUFIDELES, quos elegaverit, mutare voluerit, super hoc liberam habent facultatem; Alioquin MANUFIDELES ab ipso electi remaneant, CVM NON INTELLIGATVR DECEDERE INTESTATUS, QUI TESTAMENTUM VEL ORDINATIONEM KERVM EVARVM ALTERIVS POTESSTATI COMMITTIT. Hoc nibilominus adjicentes, quod si Canonicus non condito specialiter testamento decedens, obligatus debitis non fuerit, vel saltem talibus debitis reneatur, ad quorum solutionem res suae mobiles sufficient; Manufideles ipsi annum gratiae, quem haber in prebenda, in alios usus convertere non possint, nisi Ecclesiae secundum antiquam consuetudinem hac tenus approbatam. Hac igitur ordinatione seu statuto prehabito memorato termino a summo usque ad ultimum quilibet MANUFIDELES publice per Decanum nostrum in Capitulo nostro, us moris est, elegit, et omnia, quae premissa sunt, data fide loco iuramenti servare promisit. Alia haec sunt Anno Domini MCCIXIV. Extat in GUDENUS Cod. Diplom. Tom. II. Diplom. 114. pag. 150.

dinationem nec Episcopo relinquere, nec ipsi tamen pios determinare usus vellent, quibus res suas post mortem applicari cuperent, aut praepediti possent; suis solebant committere manufidelibus, ut secundum suam animi sententiam et arbitrium ipsorum nomine disponerent de substantia a se relicta, prout saluti cuiusvis melius expedire viderint<sup>64</sup>). Jam ecce moritur Ecclesiae Altissiodorensis Canonicus. Reliquit codicillam, in quo haec fere verba leguntur: Ego ROBERTVS, Ecclesiae Cathedralis Autissiodorensis Canonicus capitularis, universi et singulis, praesentes literas inspecturis, notum facio ac testor, quod, si ex ordinatione divina, cui demissime me subiicio, e vivis me evocari contingat, ne forsan ab intestato decesse censear, in veros, legitimos, ac indubitatos ultimae voluntatis meae Executores penes Ecclesiam Cathedram constituerim et nominaverim, prout hisce consituo et nomino Reverendissimos et nobilissimos viros REGINALDV M DE SILIGNIACO, Ecclesiae Autissiodor. Decanum, GVIDONEM DE MELLOTO, Ecclesiae eiusdem Scholasticum, HENRICVM DE PAGO eiusdem Ecclesiae Autissiod. Cantorem, et per illustrem virum, HENRICVM Comitem de Alexia, coniunctim ac divisim, et quemlibet eorum in solidum, dans et concedens iisdem plenam et absolutam facultatem et potestatem, de omnibus et singulis bonis meis, in quantum de iisdem in vivis alter non disponui, vel per ultimae voluntatis elogium non disponam, ordinandi ac disponendi, prout viderint et iudicaverint, saluti animae meae salubrior in Domino expedire; in quorum fidem ac testimonium hasce Executoriales Litteras manu propria subscripti. &c. En porro aliud decidit eiusdem Ecclesiae Canonicus, qui ne quidem codicillum talem relinquens, nuncupative commisit manufidelibus suis, ut secundum arbitrium suum ipsius nomine post obitum eius substantiam suam ordinent, atque de omnibus ac singulis bonis suis disponant, prout saluti eius melius expedire noverint. Igitur nihil per se penitus ordinans, nec determinans, quid, cui loco, vel personae conferri debeat, animam efflavit uterque Canonicus, Episcopus, verbis privilegii sui inhaerens, quod ipsi Clericorum suae dioecesis intestatorum hereditates addicebat, utriusque Canonicci tanquam intestati bona vindicat. Resistunt Canonici, conclamantes, hoc adversari libertati ecclesiasticae. Grave idcirco Episcopum inter et suos Canonicos suboritur scandalum. Det veniam huic verbis benevolus lector, quod tum fere omnibus erat in ore, et ab INNOCENTIO III. ipso usurpatum est, ut ex Baluziana epistola intelligitur. Notamus enim,

64) De consuetudine, testamentificationem in alterius conferendi arbitrium, in primis etiam in Gallia tum temporis recepta, testatur non solum GREGORIUS TURONENSIS lib. VIII. cap. 42. Berichramnus vero, reversus ex Synodo, a febre corripitur, arcessisque Voldone Diacono, qui et ipse in baptismo Berichramnus vocatus est, summi ei Sacerdotio depurat, annisque condicione tam testamenti, quam beneficiorum ipsi committed; sed etiam ipsa nostra INNOCENTII epistola.

enim, vocem *scandali* denotasse isto aevi rixam, iurgiam, dissensionem acriorem, iniuriam, notante DV FRESNE Tom VI. glossarii pag. 198. Haec obiter tantum. Episcopus igitur de privilegio, de libertate ecclesiastica contendebant Canonici. Causam uterque ipse dicat. Quid cause dixerit Episcopus, facile coniectura augurarci licet. Suffragari scilicet Episcopo ius civile Justinianum videbatur, cuius usus iam Seculo XII. per totam fere Galliam sepe diffuderat<sup>65</sup>); Cum enim ex iuris civilis sententia<sup>66</sup>) intestati proprie appellantur, qui, cum possent testamentum facere, hoc tamen non fecerunt, aut fecerunt quidem, sed non iure; profecto Canonici isti, qui suarum rerum ordinationem post mortem suam commiserant suis Manuſidelibus, Episcopo eo magis intestati deceſſe videbantur, quo minus idem heredem instituissent, quo sine nullum concipi testamentum posse, in confessio est, cum ipso JVSTINTIANO teste<sup>67</sup>) veluti caput atque fundamentum intelligatur totius testamenti heredis institutio. Aderat et aliud iuris civilis adiumentum Episcopo, scilicet quod secundum istud testamentorum iura ipsa per se firma esse oporteat, non ex alieno arbitrio pendere<sup>68</sup>). Hae procul dubio fuerunt illae quasi hastae, quas, sibi a iure civili ministratas, in Canonicos torquebat Episcopus, defunctorum, quos dixi, hereditates tanquam ab intestato sibi vindicans. Videamus, quas retorserint Canonici. Haud quidem abnegarunt illi Episcopo, quod a Pontificia sede ei indulatum fuerat, privilegium, sed, cum istud de *intestatorum* tantum *clericorum* successione loqueretur, Episcopum illo neque contra se, quippe qui essent *Canonici Ecclesiae Cathedratis*, unum cum Episcopo corpus, Ecclesiaeque Senatum constituentes<sup>69</sup>), adeoque maiori, quam clerici simplices, dignitate conspiciunt; neque etiam in praesenti casu uti posse, contendebant; cum haud intestati deceſſe videantur clerici, qui, ut tum moris erat, supremam rerum suarum ordinationem in manusdilem dispositionem commisſerint. Frustra itaque conari Episcopum, Canonicis eripere libertatem, quam ipsa Concellia omnibus tunc indulſſent Clericis<sup>70</sup>). Praeterea quoque satis notum esse, *heredum*

65) Vid. *Hiftor iuris Gallicani epitome* a To. MART. SILBERRADIO conscripta, et HEINECGGI *Hift. iuris*, auctae RITTERI et SILBERRADI notis, (Argentorati 1765.) adiecta, §. IX. et X. pag. 1002. sqq.

66) L. 64. D. de Verb. signif. L. 1. pr ff. de suis ex legitimi. L. 8. §. 2. ff. de bonor. poss. contratab.

67) §. 34. I. de legar. adde L. 1. D. de hered. instir.

68) L. 32. pr. D. de hered. instir.

69) cap. 4. X. de bis, quae sunt a Praelato sine conf. Capit. can 7 Caus XII. qu. 1. ALTESERRA Innocent. III. ad cap. 18 X. de Verbor. significat. pag. 628.

70) CONCIL. CLAROMONTAN. anni 1095. penes GRATIAN. can. 46. Caus XII. qu. 2. Ve. bis: Id ipsum de Presbyterorum seu clericorum aliorum rebus per Episcopum, vel per supradictas personas, aut cui DEFICIENTES COMMISERINT, sicut Ideam comprobavit CONCIL. COLONIEN. de an. 1266. can. 7. cuius verba supra not. 59. in medium protuli,

redum locum obire dispensatores istos, defuncti personam in omnibus sustinentes<sup>71</sup>), adeo ut vel ob hanc rationem iuxta communem istorum temporum disciplinam ne quidem intelligentur decadere intestati, qui ordinationem rerum suarum alterius potestati commisſerint<sup>72</sup>). Episcopus, volens omnem materiam scandali removere, (utor verbis INNOCENTII III. ipsis, prout in *Baluziana* epistola referuntur) retulit rem ad Pontificem, ratus, hunc eundem fore optimum beneficii sui interpretem, et arbitrum, eumque litteris suis consuluit super hisce duobus. Primo: *an privilegio suo comprehendantur etiam Canonici*, adeoque appellatio vocabuli *Clericorum tam ad Canonicos, quam ad non Canonicos extendatur?* Secundo: *an illi, qui in dispositione et voluntate alterius suam commisſerint extremam voluntatem, intestati obiisse censendi sint?* Vtique huic consultationi respondet INNOCENTIVS, rescripto desuper ad Episcopum Altissiodorensi dato, et primae quidem ita, *quod appellatio Clericorum non solum alios, sed etiam Canonicos comprehendat;* Ad secundam vero respondet: *quod qui extremam voluntatem in alterius dispositionem committit, non videatur decedere intestatus.* Scissum est postea hocce INNOCENTII rescriptum a Compilatoribus duas in partes, quarum prima in cap. 18. X. de Verbor. Signif. altera vero in cap. 13. X. de testamentis refertur.

### §. 17.

*Ex historia Decretalis praenarrata ostenditur, INNOCENTIVM III. in cap. 13. X. de testamentis neutiquam ius civile abrogare voluisse.*

Ex genuina hacte, quam tum ex integra Pontificis epistola, tum ex fide dignis litterarum monumentis hausī, capituli nostri historia dijudicet iam lector, atrum Pontificem iuris civilis in hac causa abrogandi ulla cupido incesserit? Ad sequen-

71) Sic Manufideles debitores defuncti non solum convenire, sed et a creditoribus conveniri poterant; vid. DÜRR cit. Diff. Cap. III. §. XI. BOEHMER Observat. iur. canon. Obs IV. §. VII. pag. 122. Adde CONCIL. EXONIENSE anni 1267. cap. 50. apud DAY. WILCKINS Concil. Magnae Britann. Tom. II. pag. 156. 157. ubi iura et obligations Executorum ultinorum voluntum amplissime definitur.

72) Fuisse hanc communem istorum temporum doctrinam, statutum Capituli Perrensis Moguntini de anno 1264. quod supra not. 63.

sequentia tamen momenta attendat velim quam qui maxime; I, cap. 13, de quo hic quaerimus, esse partem *rescripti Pontificii*, in rescriptis autem Pontificum Romanorum non magis *ius novum* esse quaerendum, quam in rescriptis Imperatorum in Codice, *nisi manifesta eius appareant vestigia*<sup>73)</sup>. Pontifices enim, sicuti Imperatores Romanos fecuti sunt in plerisque, ita quoque exemplo illorum in suis rescriptis, ad relationes seu consultationes aliorum de quæstionibus dubiis<sup>74)</sup> emissis, ius iam constitutum seu commune exponere atque deficiens supplere faciunt soliti. Proinde cum lex correctoria haud praesumatur, multo profecto minus iuris civilis correctio praesumi potest in decretali Pontificis epistola, cuin, quoties Pontifices a iuris civilis rigore recedere gestiunt, iidem, probe intelligentes, qui essent fines potestatis suae, et quod ius certum ac civile eliminare, potestati Pontificiae haud conveniat, prolixius illud additisque rationibus exprimere soleant<sup>75)</sup>. Enimvero brevitas nimia nostri capituli praesumptionem talem penitus excludit. Cogitet II, lector, INNOCENTIVM III, etiam si verba decisionis nostri capituli generatim concepta videantur, tamen de *Clericis* tantum, atque in specie de *Canonicis*, dioecesi Episcopi Altissidorense subiectis; et *non de quibusunque*, laicis forte, decadentibus loqui, id quod ex integra Pontificis epistola patet; III, Penes clericos, in primis vero Canonicos, eo tempore more fuisse receptum, ab ipsis Concilis agnito, ut ad praecavendas spoliaciones, tum temporis adeo usitatias, suos sibi quisque *manufideles* constituendi, eorumque dispositioni extremam committerendi rerum suarum ordinationem; facultatem habuerit; IV, Ad hancce consuetudinem, utpote in Gallia tum temporis non minus frequentem, se ferre INNOCENTII responsum; quod et animadvertis ALTESERRA<sup>76)</sup>. V, Fuisse communem istorum temporum doctrinam, *quod non intelligatur decedere intestatus, qui rerum suarum, post fata reliquarum, ordinationem Executorum eiusmodi commiserit dispositioni*, ut praecedente spho effectum est; quae quidem etiam ex hoc fundamento defendi poterat, quod, quando clericus decedens Manufidelis sui arbitrio suam voluntatem ultimam committit, naturaliter satis dicitur *testari*, i. e. declarare, se nolle, ut ordinatio rerum suarum sit in potestate Episcopi, sed penes alium, cui commisit. Est enim, Imperatore teste in *proœm. Instit. de testament. ordinand. testamento*

73) REINOLDVS in *Opusculis a IUGLERO editis* pag. 397. et sqq. in primis pag. 403. Vide quoque, si libet, *Dissertat. meam inaugural. de testamenti privat. solemn. probat. per separam testes instituenda* §. 8, pag. 62. et *Praecognita mea iurisprud. eccl. positiva Germanorum* §. 34. quae propediem exhibunt.

74) Vide ECKHARD, in *Hermenevt. iuris Cap. VIII. §. 322.*  
75) Exemplo esse potest INNOCENTII III. cap. 12. X. de foro competente.  
76) in *Innocentio III. ad nostrum cap. 13.* pag. 432.

mentum quasi ex eo dictum, quod sit *testatio* i. e. *declaratio mentis*, et in sensu latiori *quamcumque voluntatis declarationem* continet, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit<sup>77)</sup>). Earumque hanc doctrinam VI, Pontificem, absque ullo penitus animo, novi quid statuendi, cuius quippe nulla vestigia apparent in tota INNOCENTII epistola, solum in nostro capitulo approbasse, ad eum scilicet effectum, ut *ius spoli*, vi privilegii Episcopo Altissidorense alias competens, eo in casu exerceri ab eodem nequeat, quo clericus testatores constituit, quorum arbitrio rerum suarum ordinationem post obitum reliquit, ita ut hoc in casu ius illad Episcopi clericorum intestatorum bona vindicandi, tanquam odiosum, canonicibusque contrarium, non immerito restringendum esse, INNOCENTIVS pitaverit. Quibus omnibus rite perpensis euilibet credo in oculos incurret, quantum abhorreat Pontifex ab illa multorum opinione, qui eum iuri civili, quod testatorum iura ex alieno pendere arbitrio non vult, vel quidquam derogare voluisse existimat. Quodsi enim haec Pontificis intentio fuisset, alio prorsus modo concipiendum fuisset INNOCENTII III. responsum, ac conceptum illud legitur; At enimvero et historia capituli nostri et ipsa verborum structura satis docet, INNOCENTIVM III. neutiquam consultum de eo fuisse, *utrum extrema voluntas valide in arbitrium alterius conferri possit?* de eo enim quoad Clericos scil. nemo facile in Gallia eo tempore dubitabat, sed utrum is clericus, qui manufidelis suo extremam rerum suarum ordinationem commiserit, nihil per se penitus determinans, quid, cui loco, vel personae conferri debeat, intestatus decepsisse censendus sit, ad eum scilicet effectum, ut vi privilegii Episcopo competit ordinatio rerum defunctorum? hanc solum quæstionem decidit INNOCENTIVS III. et negative quidem secundum temporum istorum, quam exposuimus, doctrinam atque consuetudinem. Sed heus, quæso, utut contraria tibi Pontificis decisio iuris civilis ratione videatur, tamen, si vel eidem, haud ita quamquam repugnare, tibi demonstrem, ecquid erit pretii? Constat nimur, Executores illos ultimarum voluntatum, quos MANV FIDELES antiquior aetas appellavit, relicta clericorum bona in pios erogare usus debuisse iuxta praesumtam defunctorum mentem, et Ecclesiae eiususque statuta<sup>78)</sup>; iam vero quantopere vel ipsæ leges civiles velint, ut, quae ad pias causas sunt relicta, omnibus adimplantur modis, supra in priori Sectione §. 6. docuimus.

77) Vid. HENR. CHRIST. SENCKENBERG in *Statuto Capituli S. Petri Moguntini, Disquisit. de testam. public. origine cap. I.*

78) in *Statuto Capituli S. Petri Moguntini, Disquisit. de testam. public. origine cap. I.* quod supra in medium proulinus, dicitur: *Si de rebus suis inter vivos nihil disponuerit Canonicus,*

*Uſus hodiernus cap. 13. X. de testam.*

Cum igitur rescriptum Pontificis in dicto cap. 13. X. hunc solum sensum habeat, ut circa dispositionem rerum ecclesiasticorum iis, qui a defuncto constitutus est, praefatur Episcopo, cui ius spoliū est concessum, non quidem, ut Manufidelis ille alium proprio heredem instituat, sed ut ex verosimili defuncti mente secundum Ecclesiae eiusque statuta bona defuncti, quemadmodum fecisset Episcopus, in pios usus eroget, ut quoque viuum est LUD. ENGELIO<sup>79</sup>), et PAVL. JOSEPH. A RIEGGER<sup>80</sup>), non video, quid absurdī involvat, si statuamus, sub *isdem circumstantiis*, quas cap. 13. praesupponit, adhuc hodie, praeferim in locis, ubi iura spolii non plane desierunt, dicendum esse, *intestatum deceſſisse haud videri eum, qui extremam voluntatem suam in alterius dispositionem contulit ad excludendum scilicet Episcopum, vel eum, cui in casu intestati ius de reliquis clericorum disponendi competit*<sup>81</sup>). Negandum itaque et pernegandum est, cap. 13. decisionem praebere posse scis- citanti, utrum valeat ultima voluntas, quam testator in alterius arbitrium contulit, quippe de qua quaestione Pontifex haud consultus, non respondit; haec potius quaestio si oritur, decidenda illa erit ex principiis Iuris Civilis, quae nec

## INNO-

nonicus, et ita deceſſerit, idem Manufideles de rebus eius disponant, secundum quod saluti anime sue sub periculo animalium surrum viderint experire. Aquinā formulæ pro anima, pro anima salute, pro anima redēptione, pro anima redēmō dīponere, non solum in chartis mediæ aevi minorum nostrorum, sed etiam in LL. Rem. L. 42. C. de Episc. et Cleric. Nov. 115. c. 3. §. 13 occurrentes, referentur HEINECIO in ELEM. iur. Germ. lib. II. Tit. VII. §. 179. 188. non nisi ad pias causas, ad pios usus disponere deontabant, quapropter etiam eiusmodi piae dispoſitiones Szelgeriā vocabantur. De formula in remedium s. salutem animae confer quoque LUD. PHILIPPE. BEHLEN dīſl. de causis faculariſationum illegitimis et legitiſimis. Moguntiae 17.6. §. XV. in SCHMIDII Th̄ſ. Iur. Eccl. T. VI. p. 91. Fuit nimirum per ista secula communis hominum persuasio, anima salutis consulendum esse necessario per dispositionem in favorem Ecclesiae alijs piae caueſe faciendam; hinc probrosum quodammodo existimatetur, sine testamento decedere, propterea quod Christianus, intestatus e vivis abiens, nullamque elemosinam decernens, nul-

lam aut exiguum suae salutis curam habuisse videreuer, sicni obliteravit LUD. ANT. MURATORIUS Tom. V. Antiquitatum Italiae mediæ aevi Diff. LXVII. Ut ergo eiusmodi ignominiae eriperentur, quicunque intestati diem clauderent, inventus sensim elicibi fuit mos, ut Episcopus defuncti hominis loco testamentum condederet, hoc est, id statueret in Eleemosynas eiogandini, quod restitutus fuisse crederetur Christianus, vita defunctus, si testamentum suum vivens scripſisset. Vid. CONCIL. LONDINENSE c. 23. de no. 1268. et CONCIL. EXONIENSE can. 50. in fine apud WILKINS. Concil. Magnæ Britanniæ. Tom. II. p. 11. et 157. Conf. III. BOEHMERUS in Observat. iur. can. Obſ. IV. §. VIII.

79) Collegium univ. Iur. Canonici lib. III. tit. 26. n. 15.

80) *Inſtitut. iurisprud. eccl. ſt. Part III.* §. 400. pag. 292. (edit. noviss. Vindobon. 1778. 8.)

81) ZEG. BERN. VAN ESPEN in *Iur. Eccl. uniu. P. II. Tit. XXXII. cap. VIII. §. 16. et HARPFFRECHT Diff. laud. §. XVIII.*

INNOCENTIVS hoc suo rescripto abrogare voluit. Hinc recte, ex principiis adductis, in Camera Imperiali in causa de Gablen iudicatur quondam esse refert L. B. DE CRAMER<sup>82</sup>), irritam esse dispositionem ac prorsus nullam, si quis simpliciter extremam rerum suarum ordinationem soli beneplacito et voluntati executorum reliquisset, quantumvis illa a Clerico fuisset condita, cum ex recepta Imperii praxi, ad evitandas omnes fraudes ac falsitates, Clerici etiam secundum ius commune ac civile teſtari obſtringantur, iuraque manufidelium in Germania hodie unice ex iuri Romani, et Constitutio- num cuiuslibet territorii ac Dioecesis determinatione et analogia dijudicanda sint, ita, ut illius, qui alio, quam Leges in condendis testamentis praescripsere, modo executorum ſibi constituerit, ne quidem quoad eiusmodi Executores valeat dispositio, et testamento, quoad omnia ſua capita nullo, etiam Executoris evanescat constitutio, quod sit, si quis ultimam facultatum quarumlibet ſuarum dispensationem simpliciter, absque ulla piae caueſe mentione<sup>83</sup>), Executores mero reliquerit arbitrio. Eatenus igitur rectam utique viam instat Doctissimus DÜRRIVS<sup>84</sup>), si scriptit: *Clericus idcirco, totum hereditatis ſuae aſem tali ratione Manufideli ſuo simpliciter absque mentione caueſe piae dispensandam transmit- tens, quoad patrimonialia intestatus moritur, quorum agnati ſecundum ſuccesionis ordinem heredes veniunt, et in illorum defectu, iſco Episcopi excluſo, Ecclesia ſuccor exiſit*<sup>85</sup>). Sed quando pergit: *Circa parsimoniaſia, vero quod bene notandum, constitutio ſaepe diſti Cap. 13. X. de testam. usque quaque tunc ſubintrat, et ſic tenetur Manufidelis ea omnia et ſingula ad verosimilem defuncti mentem ſecundum Ecclesiae cuiusque ſtatuta in pios ex pendere uſus; iſta quidem, si ad veram Pontificis in noſtro capitulo mentem, quam ex historiis in antecedentibus expoſuimus, tanquam ad lapidem lydium referantur, valde dubito, utrum recte ſe penitus habeant. Ego potius, si quid video, plurimi omnino quoad parsimoniaſia, ut Vir Doctus loquitur, b. e. quoad acquaſtum Clerici defuncti ecclæſticium intereſſe puto, utrum hodie in Dioecesi quadam acquaſtus ille vi privilegiū ſeu conſuetudinis cuiusdam iuri ſpolii in casu intestati adhuc ſit obnoxius, an vero non, ſed, quod hodie conſuetudine fere generali obtinet*<sup>86</sup>), una cum patrimonialibus defuncti Clerici bonis ad heredes eius ab intestato deyolvatur. In casu priori vera erit DÜRRIVS ſententia iuxta cap. cit. 13.; in casu vero posteriori minus recte calculos subduxiſſe mihi videtur Vir Doctus, nam si par est utriusque bonorum ſubſtantiae et acquaſtus et patrimonii condičio, ita, ut de utraque aequali prorsus iure disponendi, eamque in heredes transmittendi, clerico competat facultas, Clericus profecto pro parte testatus pro parte vero in- testatus deceſſiffe videretur, si Manufideli ſaltim de parsimoniaibus disponendi relinqueretur potestas, quod tamen neque iura ciuilia neque iura canonica ne quoad Clericos qui-

82) Węglarsche Beyträge 3. Th. N. XII. pag. 62. ſqq.

83) Vid. Celeb. DÜRR diff. de Manu- fidelibus Cap. I. §. 5.

84) in Diff. laudata cap. III. §. 6.

85) CONCIL. CARTHAG. III. cap. 48. elat. Gauſ. XII. qu. 5. can. 6. et 7. et L. 20. Diff. laud. §. XVIII.

Cod. de Episc. et Cleric. Nov. 171. cap. 13. THOMASSIN. l. c. P. III. L. 2 c. 39. §. 8. BOEHMER I. Eccl. Profeſ. Lib. III. Tit. 27. §. 17.

86) Vid. G. L. BOEHMERVS in Prin- cip. Iuris Canon. §. 560.

quidem admiserunt 87). Proinde hoc in casu irritam potius eiusmodi extremam dispositionem esse arbitror, nisi defunctus Clericus expresse commiscerit manufidelibus suis, ut iidem omnia et singula bona eius ad pias causas erogent.

§. 19.

*Conclusio.*

Sed plura dicere, vetat et temporis penuria, et praesentis commentationis scopus; quin immo pene vereor, ne iustas, quibus huius generis scriptiones circumscribi vulgo solent, transfluerint lineas. Sed veniam petimus damusque vicissim. Quodsi enim delectamur, cum scribimus, quis est tam invidus, qui ab eo nos abducatur? si laboramus: quis est, qui alienae modum statuat industriae? Igitur iam proprio, et omni quidem festinatione proprio, ut Lectoribus meis indicem id, cuius causa haec omnia iusto prolixius a me conscripta sunt.

Contigit nimurum mihi, chi haud scio an quidquam contingere potuisset vel ad existimationem gloriosus, vel ad voluptatem uberiorum, contigit, inquam, mibi, qui hucusque in Academia Halensi patria munere Doctoris iurium functus sum, ut SERENISSIMI PRINCIPIS MARCHIONIS BRANDENBURGICI, CHRISTIANI FRIDERICI CAROLL ALEXANDRI, PATRIS PATRIAE OPTIME ET RECTORIS ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMI, clementia haud indignus iudicatus fuerim, qui provinciam Professoris iurium ordinarii in illustri Academia Friderico Alexandrina publice obirem. Sicuti vero hanc a CLEMENTISSIMO PRINCIPTE in me collatam munificentiam gratissima et obstrictissima mente veneror, ita quoque, non tam consuetudine, quam potius ipsa pietate commoror, devotissimi animi sensa publice exprimam, votaque pia pro perpetua OPTIMI PRINCIPIS incolumente nuncupaturus sum. Quam quidem ob rem solemnem orationem habiturus, SERENISSIMOS, qui hanc Academiam illustri SVA praefecta ornant, PRINCIPES, PRORECTORREM huius ACADEMIAE MAGNIFICVM, ILLVSTREM PROCANCELLARIVM, PATRES CONSRIPTOS SVMME VENERABILES, ILLVSTRES, CONSULTISSIMOS, EXPERIENTISSIMOS, EXCELLENTISSIMOS ET AMPLISSIMOS, GENEROSISSIMOS NOBILISSIMOS QVE ACADEMIAE CIVES ET COMMILITONES, OMNESQVE denique LITERARVM FAVORITES humanissime oro obtestorque, ut mihi publice de difficultatibus *judii iuris Canonici* feliciter superandis die Octobr. verba facturo benevoli adesse, grataque frequentia favere velint.

87) Fortasse huc etiam quadrat, quod Scilicet absurdum videri, iudicium defuncti sedipit GAIUS in L. 7. D. de bonis libertor. partim comprobare, partim vero everttere.

L. 83. 1. 2. 2. ✓

17/12/2023